ter mūdi ꝑicula ne ꝑeāt. ij. Chorī. xij. Sufficit
tibi grā mea. Jō corpus gł'oſum plenū nō ſolū
grā. ſed potius gł'a q̄ eſt grā ꝯſummata. oē cor-
pus etiam celū penetrat ſine diuiſiōe. Prouer.
xxix. Humilem ſpū ſuſcipiet gł'a. ¶ Scd'a dos
erit agilitas q̄ etiā ꝓuenit de gł'a aīe in corpus.
vt ſtatim vbi velit ſpūs ibi erit corpꝰ abſq̄ꝫ vllo
impedimēto. nam ꝓpter ponderoſitatē corꝑis
in hac vita nō pōt anima eſſe vbi vult. vnd' qñ
aīma putat pondus corꝑis ſecū leuare ⁊ duce-
re ad bona oꝑa ſeipam frequent᷑ ꝓcipitat. ſicut
ſimea cum credit globū ſibi alligatū. ſuꝑ tectū
leuare pondus globi ſymeaꝫ in lutum ꝓcipitat
ſic corpus ꝓcipitat aiam in lutum peccati Sed
in reſurrectōe corpus oīno obediet aīe. Augꝰ.
Ubicūq̄ꝫ voluerit ſpūs ꝓtinus erit corpꝰ Jdo
dicit apł's ibidem. j. Chorī. xv. Seminat᷑ in īfir
mitate. ſurget in ꝟtute. Cuius ſile videmus in
natura. nam aliq̄s lapis iacens in terra nō pōt
moueri a decē q̄ mouet᷑ tñ a puero ex̄ terraꝫ ſi-
ue locum ꝓꝓriū exñs. Sic corpꝰ qd' nō pōt mo
ueri ab aīa q̄ꝫdiu iacet in terra in reſurrectione
eleuabit᷑ ad celū ⁊ mouebit᷑ ab aīma ad nutum
Hanc ꝟtutē dedit deus ipi corꝑi gł'oſo. Ecci.x
vij. Deus de terra creauit hoiem ⁊ ſꝫm imagi/
nem ſuā fecit illū. ⁊ iterū conuertit illū in ipſam
⁊ ſꝫm ſe veſtiuit illū ꝟtute. Nam ſicut radiꝰ ſub
ito ꝑtranſit ab oriente in occidens. ⁊ oculus ſb-
ito de terra videt ſtellā. ſic ſubito ad nutuꝫ cor-
pus erit vbi aīa voluerit. ¶ Tertia dos erit cla-
ritas que etiam fluet de gł'a aīe. ⁊ ſꝫm quod qui
libꝫ ſanctus erit maioris meriti ſꝫm h' erit maio
ris claritatis in corꝑe. j. ad Chorin. xv. Stella
differt a ſtella in claritate. ſic ⁊ reſurrectio mor-
tuorū. qꝛ erit ⁊ apparebit vnus ſplēdidius alte-
ro. nihilominus quilibet habebit claritatē cor-
poris excedentem ſepties claritateꝫ ſolis. quia
erit tunc lux ſolis. ſicut lux ſeptem dierum. Et
tunc fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno pr̄is eoꝝ
Matth. xiij. Et licet nunc lux ſolis nō ſit pro-
porcionata oculis. tamen ſic non erit ibi. qꝛ erit
claritas demulcēs. ⁊ oculi erunt fortiores ⁊ no
biliores. Hec etiam claritas ſcd'm Gregorium
erit peruia. ita vt ſine impedimēto corꝑorī vniꝰ
ſanctoruꝫ videbit quid eſt in corꝑe alterius. et
quanto abundat in lumine glorie. tāto clarius
videbit ſicut in claro fonte. Jdeo apoſtolꝰ vbi
ſupra. Seminat᷑ in ignobilitate. ſurget ī gloria.
non tamē in illa gloria. de qua. j. Machab. ij.
Gloria eius ſtercus ⁊ ꝟmis. Sicut ſerpens to-
tam ꝟtutem ſuā ponit in pelle pulchra ⁊ colora
ta. ⁊ ſub pelle habet nō niſi putredinem ⁊ vene
num. Sic quidam tm̄ curant de pulchritudine
corꝑali q̄ꝫ interius nō remāet niſi putredo pec-
cati. Talis pulchritudo nō erit ibi. ſed qꝛ pul-
chritudo corporis glorioſi veniet ab aīma. pſ̄.
xliiij. Omnis gloria eius filie regis ab intꝰ. Jō
ſemꝑ durat. Non ſic de pulchritudine moder-
na. de qua Jaco. j. Exortus eſt ſol cum ardore.
⁊ arefecit fenū. flos eius decidit. decor vultus
eius deperijt. Tunc autē omnes corꝑales defe
ctus ceſſabunt. ⁊ quicq̄d pulchritudinis eſt ha
bebit corpus. ¶ Quarta dos erit impaſſibilitas
⁊ immortalitas. ita vt neq̄ꝫ fames aut ſitis. fri-
gus aut eſtus nec aliq̄d leſiuū a quo corpꝰ mo-
do patit᷑ ibi locū habebit. Et h' etiā erit ī gloria
aīe. qꝛ ſicut tunc ipa tota erit eleuata in diuinā
ſimilitudinē. Jta ⁊ corpus ꝑ aiam cōſequet᷑ im
paſſibilitatē ⁊ immortalitatē. Augꝰ. Tam potē
ti ꝟtute fecit deus aiam vt redūdet in corpus ī
corruptōnis vigore. Ratio eſt. mutatio alterat
naturā. ſicut ptꝫ. arbor ſita in terra mala nō fru
ctificat. licꝫ ſublata ad terrā bonā ſtati fructifi-
cat. qꝛ arbor trahit alimentū a terra. Jō fructꝰ
ſequit᷑ ꝯditōꝫ terre in q̄ ſita eſt. ꝓpter quod dič
Augꝰ. q̄ꝫ ꝑmi parentes ſi ſtetiſſent in innocen-
tia corꝑa eoꝝ fuiſſent immortalia ⁊ incorrupti-
bilia ꝓpt̄ eſum ligni vite qd' incorruptibił'e erat
h' ꝑ tanto dico. Nunc comedimꝰ cibū corrupti
bilem ⁊ putribilem. vt patet de pane ⁊ vino. et
ideo corpus modo tali cibo nutritū habet cor-
rumpi. imo qui plus comedit ⁊ delicatius citiꝰ
putreſcit ⁊ morit᷑. ſed poſt reſurrectōeꝫ in para
diſo edemus cibū vite. in quo nulla corruptio
ſeu putredo eſt. Apocał'. ij. Uincēti dabo edere
de ligno vite qd' eſt in ꝑadiſo dei mei. Jtem bi-
bemus in fonte vite. Apocał'. vij. Deducet eos
ad fontes aquarū vite. Bibere delicias mundi
eſt bibere de fonte mortī. Jō ſicut oportꝫ nunc
corpꝰ nr̄m corrūpi ꝓpter corruptōem cibi quē
ſumit. ita in ꝑadiſo erimus immortales ꝓpter
cibuꝫ quo vtemur. Joh. vj. Qui manducat ex

ꝫ pane viuet in eternū. Igitᷣ ꝓpter conditōem cibi in ꝑadiſo oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatē. ⁊ mortale ꝫ induere imortalitatem. j. ad Chorī. xv. Hoc eſt qđ apoſtolꝰ dicit ibidem ſupra. Seminatᷣ in corruptōe ſurget in incorruptōe. Hec ſunt quatuor dotes vł nobilitates q̄s recipient corpa noſtra a deo mediante gr̄a anime. Et vt nos aſſecuraret in preſenti voluit eas in corpe ſuo monſtrare ad tpˢ cum adhuc in mūdo eſſet. Nam ſubtilitatē habuit qn̄ de clauſo ꝟginis vtero exiuit. Agilitatem quādo ſuꝑ vndas maris ambulauit. Mathei. xiiij. et Joh. vj. Claritatem quādo in mōte thabor transfiguratus gloriam claritatis ſue diſcipulis oſtendit. Matth. xvij. Impaſſibilitatem quādo de manibꝰ iudeorū ipm̄ ꝑcipitare ſeu lapidare volentiū euaſit. Lu. iiij. ⁊ Johan. viij. Si ergo in reſurrectōne renouari deſideramus ſcđm has nobilitates corpis quas ante reſurrectōem dn̄s in ſuo corpe oſtendit ⁊ poſt reſurrectionem ꝑpetuo cōſeruauit oportet ꝙ ſic i nouitate vite ambulemus. vt etiam nos in hac vita eas ſpūaliter in aīa repſentemus. Ita vt habeamꝰ ſubtilitatē. agilitatem ⁊c̄. Subtilitatem habemꝰ qn̄ cor noſtrū purgatum eſt ab inordinato amore terrenorū in quibus impuritatem ⁊ groſſiciem cōtrahit. Amor em̄ inordinatus impuritatē facit in anima ꝑ hoc ꝙ eā extra ſe effluere facit in id quod amat ⁊ cuꝫ eo vniri. pſ. Factū eſt cor meū tanq̄ȝ cera. Sicut em̄ argentum ꝑ liquefactionem mixtū cum cupro impurū efficitᷣ. Ita aīa ꝑ inordinatū amorē mixta terrenis impura efficitᷣ. Igitᷣ quanto aīa plus eleuatᷣ ſuꝑ terrena ea contemnēdo. tanto ſubtilior eſt. Sicut em̄ aer dicitᷣ ſubtilis quādo non eſt ꝑmixtus ⁊ ingroſſatus nebula groſſa. ⁊ vinū ſubtile qn̄ eſt eleuatū ſupra feces ⁊ depuratum. Similitᷣ hō dicitᷣ ſubtilis ingenio cuius mens nō eſt depſſa ſuꝑ ſenſibilia ⁊ groſſa q̄ ſpiritualia poſſit ⁊ latentia compħendere. Sicut etiā videmus cum omnibus bn̄ ordinatis ꝙ id qđ ſubtilius eſt ſupeminet vt flos in arbore. ignis inter elementa. Sic ⁊ aīa quādo ſuꝑfertᷣ iſtis terrenis ſubtiliatᷣ ex hoc ꝙ tūc vnitur deo qui eſt in termino omnis ſubtilitatis. quelibet em̄ res quanto magis appropinquat ſuo ꝑfecto ⁊ illi a quo recipit ſuam ꝑfectōnem. tanto plus nobilitatᷣ. ſicut aer illuminatus nobilior eſt q̄ȝ obſcurus. ⁊ ſilr̄ corpus coniūctum aīe q̄ȝ ſeparatum. Cum igitᷣ aīa ſoli deo inherens que ſurſum ſunt querit nō que ſuꝑ terrā. vt dicat cum aplo. Noſtra cōuerſatio in celis eſt. tunc ſubtilᷣ eſt ⁊ etiam abilis ⁊ meretᷣ ſubtilitateꝫ in corpore. Econuerſo aūt quādo cōuertitᷣ ad terrena. ⁊ deſideria corporis ꝑficit tūc groſſa efficitᷣ. vt patꝫ in auaro q̄ animā habet terrenā. quia totaꝫ voluntatem ponit in acq̄rendo terrena. Similiter luxurioſus animā habet luteā. quia in luto ꝑ luxuriā iacet. Supbus habet animam de vento. ⁊ ſic de alijs. Ideo ſi aīa velit ſubtilitatem habere oporteret hm̄oi remouere. ⁊ ab inordinato amore terrenorū ſe extrahere. ⁊ ad celeſtia cōtemplanda eleuare ꝑ hāc ſubtilitatem.

Sequitᷣ alia nobilitas. ſ. agilitas. dū em̄ mente abſtracti ſumꝰ ab amore ⁊ groſſitie deſideriorum terrenorū ⁊ mēte totalitᷣ erecti in amorem dei ⁊ deſideriū celeſtium. tūc efficimur agiles ⁊ ꝓmpti ad currendū ꝑ incremēta bonorū opeꝝ illuc quo amor nr̄ ⁊ deſideriū tendit. Auguſti. Amor meꝰ pōdus meū. eo feror quocū q̄ȝ feror. Ad hanc agilitatē ꝓficiendi hortatᷣ nos aplus dicens. Sic currite vt compħēdatī. j. Chorin. ix. ⁊ dat in exemplū dicēs. Sequor aūt ſi quomodo compħendā. ⁊ ꝑ hunc curſum ⁊ ſeq̄lam nihil aliud intendit q̄ȝ ꝓfectum in bono et virtutibus ꝑ exercitium bone opationis. ⁊ ad hoc obligamur q̄ȝdiu ſumus in hac vita. Quia ſm̄ Hiero. Gregl. auguſtinū ⁊ Bern̄. nemini ꝯceſſum eſt ſtare nec in corpe nec in anima. q2 in via dei nō ꝓgredi regredi eſt.

Tertio oportꝫ nos habere claritatem ꝑ viā ſi vere velimus reſurgere cum xp̄o. ⁊ voco ꝑ viā claritatē. qn̄ hō clarus eſt intus ⁊ extra. Intus ꝑ teſtimoniū bone conſciētie. Extra ꝑ redolentiā bone fame. de ꝑmo dicit apl's. ij. Chorī. j. Gl'a noſtra. id ē gaudium hec eſt teſtimoniū noſtre conſcie. ⁊ merito. q2 naturalitᷣ lucida ⁊ clara letificant. vt patꝫ in auibus. nam ꝯſurgēte aurora letificantᷣ ⁊ cātant. Etiā hoīes in locis tenebroſis exiſtētes timent. ⁊ viſo lumine confortantᷣ. Si talia extrinſeca letificant. quātomagis claritas intrinſeca que lucet in cōſcientia. Prou. xv. Secura mēs quaſi iuge cōuiuium. ⁊ ſicut conſcia pura letificat. ſic econuerſo conſcia obumbrata peccatī cōturbat ⁊ cōtriſtat. Sapi. xvij. Semꝑ preſumit ſeua turbata cōſcientia.

Quarto oportet nos habere impaſſibilitatē. id eſt. nō extolli ꝑ ꝓſpera. depmi ꝑ aduerſa. ſed omnes tribulatōes. id eſt aduerſitates patientᷣ ſufferre ꝓpter chriſtū. Non tn̄ debemꝰ patientiā habere azininā. Nā dicunt naturales ꝙ azinus quādo videt lupuꝫ venientē abſcondit caput ſub vepribus. ⁊ permittit ſe a lupo morderi. quouſq̄ȝ appropiquat ad cor. ⁊ tunc vult reſiſtere. Ita plures. Nam lupus eſt diabolus. aſinus eſt hō in peccatis q̄rens delectatōꝫ. Talem patientiam non debemus habere. ſed fortiter reſiſtere diabolo ī ſuggeſtionibus malis ⁊ in ꝑ̄ncipio temptationum ſed contumelias ⁊ obprobria gratanter ⁊ hilariter ꝓpter chriſtū ⁊ exemplo ſui ſuſtinere. orare ꝓ malefactoribꝰ noſtris. vt tandē impaſſibilitate anime qua aīa xp̄i cum corpe in reſurrectione ſua veſtita eſt in generali reſurrectōe indui mereamur ⁊c̄.

¶ Feria ſecunda Paſce

¶ Feria ſecunda paſche.

Tu ſolus ꝑegrinꝰ
es i hierl'm. Lu. vlti. Quis xp̄us in
ꝓpria veniſſet ⁊ cum dn̄s oim̄ eſſet.
tn̄ in mundo voluit cōuerſari ſicut ꝑegrinꝰ Vn̄
nullam domū habere voluit in h̄ mūdo. Si ali
quis naſcereť in ꝑegrinatōe. opoꝛteret ꝙ i alie-
na domo nutrireť. ⁊ poſtq̄ȝ creuiſſet opoꝛteret
ꝙ in aliena domo etiam ſi moꝛereť opoꝛtet ꝙ in
alieno monumento ſepelireť. Iſto mō xp̄s fuit
ꝑegrinus. Nam in aliena domo fuit natus In
aliena domo conuerſatus. ⁊ in alieno ſepulcro
ſepultus. Jō vere fuit ꝑegrinꝰ. Jō ip̄e dič Lu
ce. ix. Vulpes foueas habēt ⁊ volucres celi ni
dos. filius aūt homis nō h̄ȝ vbi ca. ſuum recli.
Ac ſi diceret. Ego nō habui in vita nidū. i. do-
mum ſicut volucres vbi poſſem habitare. ego i
natiuitate mea nō habui ceruical vbi aurē meā
potuiſſem reclinare. In moꝛte etiā foueā nō ha
bui ſed in alieno ſepulchꝛo ſepultus fui. Vt tn̄
melius videamꝰ quō xp̄s fuit ꝑegrinꝰ. Dicen-
dum ꝙ ꝑegrinus fuit.

¶ Quantum ad habitū quem aſſumpſit.
¶ Quantum ad vias quas fecit.
¶ Quantum ad hoſpitia que intrauit.
¶ Quantum ad ꝑicula que ſuſtinuit.
¶ Quantū ad ſigna que repoꝛtauit.

Primo igiť diciť ꝑegrinus q̄ntu ad habitū quē
aſſumpſit. xp̄us em̄ habuit ſclauiā ſcartellā. ba
culū ⁊ pileū. Per ſclauiam ſignificať eius caro
quā v̄go btā in vtero ſibi miſtrauit Dič em̄ ſan
ctus Tho. in. iij. ṗte. q. xxxiij. arti. iiij. ad q̄ntū.
Et. iij. ſcrip. di. iij. q. ij. arť. j. ꝙ beata v̄go ſe ha
buit actiue in ꝑ̄patōe materie ſed nō i ꝯceptiōe
xp̄i. qꝛ vt idem dicit in tex. vbi. s̄. ⁊. iij. di. iiij.
ꝙ conceptio xp̄i attribuiť ſpūiſancto efficiēter.
licet ſit a tota trinitate ⁊ a ſingul' ꝑſonis Iſta
ſclauia ṗmo fuit albiſſima. i. puriſſimis guttis
ſanguinis beate v̄ginis facta ſine omi peccato.
Vn̄ dicit xp̄s de ſe ⁊ de aliȷ̈s q̄ habent ſclauias
id eſt coꝛpa ſua pura Apoca. iij. Ambulabunt
mecum in alb̄ qꝛ digni ſunt ⁊č Deinde iſta ſcla
uia facta eſt tota rubea in cruce. qꝛ tota ip̄a fuit
aſperſa ſanguine. vn̄ admirantes angeli dixerť
Eſa. lxiij. Quare rubꝛū eſt indumentū tuum. ⁊
veſtimenta tua ſicut calcantiū in toꝛculari. Re
ſpondit. toꝛcular ſolus calcaui ⁊č. Vltio facta
eſt iſta ſclauia tota nigra. qn̄ remanſit in cruce
moꝛtua ⁊ liuoꝛibus plena. Apoč. vj. Sol. id eſt
xp̄s factus eſt niger tanq̄ȝ ſaccus cilicinus. per
ſcartellā intelligiť eius aīa. Peregrini enim in
ſcartella ſolent poꝛtare argentū. aīa aūt xp̄i ple
na fuit argento triplici. argento. ſ. gl'e. gr̄e et ſa-
pientie. Joh. j. Vidimus gl'am eiꝰ. Ecce ṗmuȝ
argentum. plenuȝ gr̄e. Ecce ſcd̄m. et veritatis
Ecce tertiū. xp̄s em̄ in ṗmo inſtanti ſue ꝯceptō
nis habuit plenitudinem gr̄e ⁊ cognitōis. vt di
cit ſanctus Tho. iij. ṗte. q. vij. arti. iij. ⁊. iiij. Et
iij. ſcrip. di. xiij. et. xiiij. Nam hoies erant a cele
ſti regno excluſi. Ideo apoꝛtauit xp̄s argētuȝ
gl'e ⁊ gratie. ꝑ quod eos patri recōciliaret Erāt
ceci ⁊ tenebꝛis inuoluti neſcientes viā inuenire
que ducit ad vitā. Ideo apoꝛtauit argentū ſa-
pientie ꝑ quod viā celeſtis patrie demōſtraret
Tertio aſſumpſit pileū ſiue capellū. i. coꝛonam
ſpineā. Solent em̄ ꝑegrini poꝛtare capellum ꝯ
eſtum ventū ⁊ pluuiā. Sic conſideratio coꝛone
ſpinee diciť nobis eſſe in vmbꝛaculum diei ab
eſtu carnal' voluptatis vt refrigeremur. Quia
ſicut dicit Auguſti. Non decet ſub ſpineo capi-
te membꝛū fieri delicatū Debet eſſe in defenſi-
one a pluuia tribulationū vt alleuiemur. qꝛ ſič
Gregꝰ. dicit. Si paſſio xp̄i ad memoꝛiā reduci
tur nil eſt oino quod nō equo aīmo tollereť De
bet eſſe in abſconſionē a vento temptationū vt
ꝓpulſenť. Hec ſignificať Nume. xxj. vbi diciť
ꝙ ad viſionem ſ̄pent̄ enei in patibulo ſuſpenſi
ſanabanť illi q̄ a ſ̄pentibus ꝑcutiebanť De hiſ
tribus dꝛ Eſa. iiij. Tabernaculū erit in vmbꝛa-
culum diei ab eſtu ⁊ in ſecuritatē ⁊ abſconſionē
a turbine ⁊ a pluuia. Per baculum intelligitur
crux. ꝑegrini em̄ vtunť baculo ad ſuſtentatōeȝ
⁊ ad tranſeundū flumen. ⁊ ad malarū beſtiaruȝ
ꝑcuſſionem. Sic xp̄us ſue crucis baculo hoies
tribulatos ſuſtentauit ne fatigarenť. Heb. xij.
Recogitate eū q̄ talem ſuſtinuit adu̇ſus ſemet-
ip̄m a peccatoꝛibꝰ ꝯdictōnem vt nō fatigemini
animis vr̄is deficientes. Ip̄e etiā xp̄us ꝑ bacu
lum ſue crucis flumen iſtiꝰ mundi trāſiuit ⁊ ad
patriā venit. Gen̄. xxxij. In baculo meo tranſ-
iui ioꝛdanem iſtum. Lu. vl. Opoꝛtebat xp̄um
pati ⁊ ſic intrare in gl'am ſuā. Tertio ꝑ baculuȝ
crucis diabolū ꝑcuſſit. Eſa. xxx. A voce dn̄i pa
uebit aſſur v̄ga ꝑcuſſus. i. diabolus. Timēt ei
demones nimis baculū crucis. Vn̄ vbicūq̄ȝ de
mones baculū crucis vident territi fugiūt timē
tes baculū quo plagā acceperūt. ¶ Scd̄o dꝛ per
egrinꝰ ꝓpť vias q̄s fecit. Solēt ꝑegrini diligē
vias planas ⁊ mūdas. ⁊ odire aſcenſus ⁊ deſcē
ſus. Iſte aūt ꝑegrinus nihil habuit ſcȝ de pla-
no. ſed tota via ſua fuit aſcenſus et deſcenſus.
Pꝛio enim fecit magnum deſcenſum et ſaltum
qn̄. ſ. venit de celo in hunc mūdū. Joh. xvj. Ex
iui a pr̄e ⁊ veni in mundū. Deinde fec̄ magnuȝ
aſcenſuȝ qn̄ de mūdo aſcendit ad patibulū cru
cis. Joh. iij. Sicut moyſes exaltauit ſ̄pentem
in deſ̄to. ita exaltari opoꝛtet filiū hois. Etiam
fecit magnū deſcenſum qn̄ a cruce deſcendit in
tumulū ⁊ in lymbū. Et inde fecit magnū aſcen-
ſum. qn̄. ſ. de lymbo rediēs ⁊ de ſepulchꝛo. ⁊ re
ſurgens aſcendit in celū. Eph. iiij. qui deſcēdit
ip̄e eſt ⁊ qui aſcendit ſuꝑ oēs celos. Notate vi-
ta p̄ſens eſt q̄dam via in qua nullus ferre vult

aliquam difficultatē in aſcendendo ad aliq̄ ſub
limia nec in deſcendendo ⁊ in ſuſtinēdo aliqua
aduerſa. ſed tm̄ ire volunt ꝑ planum. id eſt ha=
bere omnia ꝓſpera ⁊ delectabilia. Sed quicū=
ꝗ vadit poſt chriſtum nō errat. cū ipe ſit via ve
ritas ⁊ vita. Joh. xiiij. Quatuor ſunt q̄ nō per=
mittunt aliquem errare in via. Primū eſt ferra
mentorū impſſio. Vnd' cōmuniter dicit. Tene
viam ferratā ſi vis habere bonā viam. Secun
dum eſt crucium erectio quādo cruces in via re
cta erigunt. Tertium eſt ramorū ⁊ plantarū re
flexio. Quartum eſt lapidum congregatio. Et
iſta quatuor ſigna voluit habere xp̄us. Habu=
it ferramēta. i. vulnera in corꝑe ſuo in ferramē
tis impreſſa. habuit crucem quam ſuper hume
ros ſuos portauit ſuꝑ quā aſcendit. Habuit re
flexionem plantarū. id eſt coronam ſpineā. Ha
buit congregatōnem lapidum. quia ipſū iudei
pluries lapidare voluerūt. Joh. viij. et. x. Qui
ḡ non vult errare ſequat iſta quattuor ſigna q̄
xp̄us in via poſuit ne erremus. ⁊ h' fuit neceſſa
rium. q2 vie eius nō fuerūt plane ſ' aſpere. Qui
ḡ non vult ſuſtinere aliq̄ aſpera. ſed om̄ia vult
habere ꝓſpera. cōſtat ꝙ multū errat a via. Ter
tio dicit xp̄us ꝑegrinus ꝓpter hoſpitia que in
trauit. Solent ꝑegrini ter in die intrare hoſpi=
tium. ſ. in tertia ad prandiū vel ad prandendū.
In meridie ad bibendū ⁊ quieſcendū. In ſero
ad cenandū ⁊ dormiendū. Sic iſte ꝑegrinꝰ ha=
buit tria hoſpitia. Primū fuit vterus ꝟginis.
⁊ iſtud intrauit in tertia. i. in marcio q̄ eſt tertiꝰ
menſis a ianuario. vel in tertia. i. tertio tempo=
re. ſ. gratie. Precefferat em̄ duplex tp̄us. ſ. na=
ture ⁊ legis ſcripte. In tertio temꝑe. id eſt gr̄e.
In iſto hoſpitio xp̄s prandiū fecit habēs car=
nem ꝟgineam ꝓ cibo. ⁊ ſanguinem pro potu. et
iſtum potū ⁊ cibum ipe etiā dat nob. Johā. vj
Caro mea vere eſt cibus ⁊c̄. Scd̄m hoſpitium
fuit patibulū crucis. Et iſtud hoſpitium ingreſ
ſus eſt in meridie. ibi bibit qn̄ dixit Sitio. Sed
tn̄ q2 iudei obtulerūt ei acetum. ꝓus cuꝫ guſtaſ=
ſet noluit bibere. vt ptꝫ Mat. xxvij. Ibi etiam
requieuit. ⁊ inclinato capite tradidit ſpiritum.
Lu. xxiij. Ideo dicit ſponſa Cañ. j. Indica mi=
chi vbi paſcas. vbi cubes in meridie. Tertium
hoſpitiū fuit ſepulchrū vbi dormiuit. Ps̄. iij.
Ego dormiui ⁊ ſoporatus ſum. Scd̄o aīa chri=
ſti in triduo mortis in lymbo fuit vbi xp̄s etiaꝫ
cenam fecit omibus ſanctis. Heſter. j. Aſſuerꝰ
tertio anno imperij ſui. i. tp̄e gr̄e fecit grāde cō=
uiuiū cunctis hominibus. i. pr̄iarchis ⁊ ꝓphetis
⁊ apoſtol' ⁊ pueris ſuis. i. ꝟginitatē ſuantibus
⁊ puritatē. fortiſſimis pſarū. i. martyribꝰ. ⁊ me
dorū inclitis. i. ꝯfeſſoribꝰ. ⁊ pfectis puintiaruꝫ
id eſt angel'. Quarto xp̄s d2 ꝑegrinꝰ q̄tū ad ꝑ=
icula. Sunt em̄ ꝑegrini in multis ꝑicul'. qn̄ꝗ a
ſocijs q̄ eos ꝓdunt. qn̄ꝗ ab hoſtibꝰ q̄ eos occi=
dunt. qn̄ꝗ a latronibꝰ q̄ eos ſpoliāt. Sic xp̄s a
ſuo ſocio. ſ. iuda fuit traditꝰ. Mat. xxvj. Amē
dico vob q2 vnus vr̄m me traditurꝰ eſt. a iude=
is inter q̄s fuerat hoſpitatꝰ. fuit vulneratus et
occiſus. Zach. xiij. Quid ſunt plage iſte in me=
dio manuū tuarū: ⁊ dicet. his plagatꝰ ſum i do
mo eorū q̄ diligebant me a militibꝰ a q̄bus fuit
veſtitus ſpoliatus. Joh. xix. Milites cū cruci
fixiſſent eū acceperūt veſtimēta ſua ⁊ fecerūt q̄
tuor ꝑtes. vnicuiꝗ militū ꝑtem ſuā. ps̄. Diui=
ſerūt ſibi veſtimēta ſua. Quinto d2 ꝑegrinus ꝓ
pter ſig̃ q̄ reportauit. Solent ꝑegrini in ſclauia
ſua reportare q̄dam ſig̃ ad oſtendendū ꝙ ſuam
ꝑegrinatōꝫ pfecerūt. ⁊ vt hoīes citius mouean
tur ad bn̄faciendū eis vt ſecuriꝰ ꝑ viā incedāt.
Sic xp̄s ad patriā rediēs in carne cicatrices re
tinuit triplici rōe. Prio ꝓpter oſtenſionē pater
ne obediētie. Pr̄ em̄ ſibi cōmiſit vt genꝰ huma
num ſua paſſiōe redimeret. vt igit oſtēderet pa
triꝙ opꝰ ſibi iniunctū cōſummauit. cicatrices
retinuit. Joh. xvij. Opꝰ ꝯſummaui qđ dediſti
mihi vt facerē. Scd̄o ꝓpter ꝓuocatōꝫ paterne
miſericordie. vt his oſtēſis pr̄i eū ad miſericor=
diam ꝓuocaret. vt nob bn̄faciat. ⁊ nob miſeri=
cordiam ſuā impartiat. j. Joh. ij. Aduocatū ha
bemus apud pr̄em ih̄m xp̄m iuſtū ⁊ ipe ꝓpicia
tio eſt ꝓ pctis nr̄is. Tertio in ſignū ſecuritatis
nob acq̄ſite. ne. ſ. hoſtes de cetero in via timea=
mus. ſicut hoſtes timēt ⁊ fugiūt qn̄ vident cru
cis ſignaculū. Eſa. xiij. Suꝑ mōteꝫ caliginoſuꝫ
id ē diabolū leuate ſignū ⁊c̄. Alias ratōnes vi=
de in. iij. ꝑte ſancti Tho. q. liiij. ar. vltimo.

Feria ſecunda poſt Paſca.

Mane nobiſcū do
mine quoniā aduesperaſcit. Lu. xx=
iiij. Sermo noſter erit de ſancto euā
gelio hodierno. In quo agitur de quadam no
tabili apparitōne chriſti manifeſtantis ſuā glo=
rioſam reſurrectōnem. quomō apparuit duobꝰ
diſcipulis ſuis euntibus per viam in emaus.
Iſta apparitio continet magna ſecreta ⁊ ſpecu=
lationes ad illuminatōnem intellectus noſtri.
ſed ſalutetur ꝓus virgo Maria ⁊c̄. Verbū ꝓ=
poſitum eſt quedam breuis oratio. ſed deuota
quam frequenter ſancta mater eccleſia in iſto
tempore reſurrectōnis dicit Mane nobiſcum
domine ⁊c̄. Pro breuiori declaratōne et mate=
rie introductione ſciendū ꝙ tam in veteri q̄ȝ in
nouo teſtamento chriſtus dicitur ſol. Ratio q2
ſicut ſol naturalis per ſuam preſentiam illumi=
nando ⁊ calefaciendo cauſat diem in mundo.
⁊ ꝑ ſuā abſentiā obtenebrādo ⁊ infrigidādo re
linquit noctē. Sic xp̄s q̄diu eſt pn̄s creature ꝑ
gr̄am cauſat in ea diem gr̄e illuminādo ꝯtra er=
rores. dubitatōes. ⁊ falſas apparitōes. ⁊ calefa
ciendo in dei amore confortat ad vitandum vi

tia ⁊ delectatōnes carnales ⁊c. ⁊ facit fructifica
re in opibus miſericordie. penitentie ⁊ iuſticie.
⁊ ſic de alijs bonis opibus. Et ſicut ſol natura=
lis abſentatur ⁊ occidit ꝑ interpoſitōꝫ terre in=
ter ipm ⁊ nos. ita chriſtus ſol iuſticie qñ homo
inter chriſtum ⁊ ſe interpoit terram .ſ. terrenas
affectōnes honorū. diuitiarum. officiorū. digni
tatum ⁊ hmōi xp̄us abſentaꝫ ⁊ relinq̄t noctem
tenebroſam culpa ⁊ homo ambulat ceſpitando
de peccato in peccatū. Ecce ratio quare dꝛ ſol.
Auctoritas. Orieꝫ vobis timentibꝰ nomē meū
ſol iuſticie ⁊ ſanitas in pennis eius. Malach.
iiij. Nota vobis timentibus nomē meum. quia
non timentibus deum licet eis oriaꝫ ſol nature
non tamē eis oritur ſol gratie. Item ⁊ ſanitas i
pennis eius. gratia ⁊ gloria ſunt due ale eius.
Gratia enim cōfert ſanitatem contra infirmita
tes culparum mortaliū ⁊ vulnera peccatorum
Gloria eſt ala que confert ſanitatem miſerijs tē
poralibus. Item in nouo teſtamēto dicitur ſol
Nam eccleſia dicit ꝟgini Marie. Ex te ortus ē
ſol iuſticie chriſtus deus noſter ⁊c. Item ſol in
quadrageſima erat ſuꝑ nos. quia eramus i pe
nitentia ⁊ ieiunijs ⁊ oratōibus. vigilijs ⁊c. Sꝫ
modo video ꝙ vadit ad occidentē. quia iā mul
ti redeunt ad vanitates ornamētorū ⁊c. dimit=
tendo bonam vitam. Multi credūt ꝙ non de=
bent tenere bonam vitam nec facere penitētiaꝫ
niſi in quadrageſima. quia ergo in cordibꝰ mł=
torum ipe dies gratie ꝑ exceſſus vite iam inci=
pit in veſperū culpe declinare. Idō eccleſia pe
tit in themate. Mane nobiſcū domie ⁊c. Nō
videndi ſunt modi quibus retineꝫ chriſtus. Et
noui in euangelio hodierno tres modos quibꝰ
xp̄us manebit nobiſcum ne cadamus in nocteꝫ
culpe. ſ. loquendo.

¶ Verba ſpiritualia.

¶ Audiendo documenta celeſtia.

¶ Faciendo miſericordie opera.

Dicit thema. Mane nobiſcum domine ⁊c.

¶ Dico ꝑmo ꝙ xp̄us manet nobiſcum loquen
do ꝟba ſpūalia. Ratio naturał. qꝛ oē ſiłe natu=
raliꝫ attrahiꝫ ⁊ retineꝫ a ſuo ſimili. vt patet de
magnete qui trahit ⁊ retinet ferrum non ex ali=
quibus qualitatibus caliditatis vel ſiccitatis.
ſed ex ſimilitudine ⁊ conuenientia quā habet a
tota ſpecie. vt dicūt philoſophi. Idem de ga=
gate attrahenti paleam ex ſimilitudine natu=
rali quam habet a tota ſpecie. Idem de anima
libus ſi ſint hic diuerſa mixtim ꝯgregata ſtatiꝫ
ad vnā partē ſeꝑabunt ſe boues. ad aliaꝫ equi
ad aliam azini. ⁊ ad aliā oues. ⁊ ſic de qualibet
ſpecie. Idem de hominibus qui ſibi ſimilibꝰ con
iunguntꝫ. vanus cū vanis. pauꝑ cū pauperibꝰ.
diues cū diuitibus. bonus cū bonis. In h̄ con
cordat ſcriptura. Omne aīal diligit ſibi ſimi=
le. ſic ⁊ omis hō ꝓximum ſibi. Omis caro ad ſi
milem ſibi cōiungeꝫ. ⁊ omis hō ſimili ſui ſocia=
bitur. Eccl. xiij. Patꝫ ergo ꝙ ſimilitudo eſt ra=
tio attractōis ſeu cōiunctionis. Nō videamꝰ
quā ſimilitudinem habet xp̄s cum ꝟbis ſpūa=
libus. Dico ꝙ magnā. quia ipe eſt ꝟbum non
corꝑale nec tranſitoriū. ſed ſpūale et eternum.
De quo dauid. Verbo domi celi firmati ſunt.
Et Apocał. xix. Vocabiꝫ verbū dei. ſ. ante in=
carnatōnem. Si ergo ſiłe attrahiꝫ a ſuo ſimili.
cum xp̄us ſit ꝟbum ſpūale. rationabiliꝫ attra=
hitur ⁊ retineꝫ a loquētibus ꝟba ſpūalia. Au=
ctoritas. Ubi ſunt duo vł tres cōgregati in no=
mine meo. ibi ſum ego in medio eorū. Matth.
xviij. Illud oſtendiꝫ in ꝑncipio euāgelij vſq̄ꝫ.
oculi aūt eorū tenebanꝫ ne eum cognoſcerent.
Unus iſtorū diſcipulorū vocabaꝫ Cleophas.
Alius vt diciꝫ a q̄buſdaꝫ erat Lucas. Sꝫ hie=
ro. dicit ꝙ Lucas nūq̄ꝫ fuit diſcipulus ieſu. ſed
apoſtoloꝝ. ꝑſertim beati Pauli. Et exeūtibus
de hieruſalē inceperūt loqui verba ſpūalia de
xp̄o. ⁊ de eius paſſione. ⁊ ſtati xp̄s fuit cuꝫ eis.
Si dicaꝫ. ⁊ vnde venerat xp̄us? Non legiꝫ cla
re vbi ſtabat illo tempe. nō in celo inquātū hō.
Sed dicūt doctores aliq̄ ꝙ ſtabat in ꝑadiſo ter
reſtri cū ſanctis patribus. Ratio que fundaꝫ i
philoſophia eſt. quia locus ⁊ locatū debent ꝓ=
portionari. vt diciꝫ in q̄rto phiſicorū. Cū ergo
poſt reſurrectōnem xp̄s habuiſſet corpus glo=
ſum immortale ⁊ impaſſibile ⁊ incorruptibile.
decebat eū habere locū conuenientē. De h̄ da=
uid in pſ̄. Dn̄e ꝓbaſti me. in ꝑſona chriſti dicit
ſi pro qꝛ. Si ſumpſero pennas meas diluculo.
⁊ habitauero in extremis mari. Etem̄ illuc ma=
nus tua deducet me. ⁊ tenebit me dextera tua.
pſ̄. cxxxviij. Penne ſunt corpus glōſum ⁊ ani=
ma ſanctiſſima. Sanctus Tho. dicit in. iij. pte.
q. lv. ar. iij. in ſolutōe ſecūdi argumēti. ꝙ inco=
gnitum eſt quibus in locis tp̄e inter medio. ſ. in
ter reſurrectōꝫ ⁊ aſcenſionē corꝑaliꝫ eſſet xp̄us
cum h̄ ſcriptura nō tradat. ⁊ in omi loco ſit do=
minatio eius. Cū ḡ illi duo diſcipuli irēt de hie
ruſalē ad caſtellū emaus qđ erat i ſpacio ſtadi=
orum. lx. ab hierłm. Sicut nos cōputamꝰ viam
ꝑ leucas. ytalici cōputāt ꝑ miliaria. Greci autē
cōputant ꝑ ſtadia. Stadiū diciꝫ q̄ꝫtū currebat
hercules gygas vno anhelitu. ⁊ xv. ſtadia faci
unt leucā. Iteꝫ ꝙ lx. ſtadia ſūt q̄tuor parue leu
ce. Et ſic incedebāt triſtes loquētes de paſſiōe
xp̄i mḡri eorū. ⁊ ſtatim fuerūt ex̄ murale ierłm
ſoli ambulātes loquebanꝫ ad inuicē de his oi=
bus q̄ acciderāt. Ecce materia de q̄ loquebanꝫ
Ego ſi voƀ dico aliq̄d de his q̄ loquebanꝫ non
poſſum errare. qꝛ ſi de omibus loquebanꝫ. ḡ et
de aliq̄bus. arguēdo ab vniūſali ad ꝑticulareꝫ
Et factū eſt dū fabularenꝫ. Fabulari eſt loqui
cū dubitatōe. ⁊ hō nō firmat cor ſuū in aliq̄. Et
ſecū q̄rētes ḡ ibāt. Dicaꝫ practica qñ ipi fuerꝫ

extra murale ciuitatis hierl'm. dixit vnus alteri
Socie q̄d tibi videt̄ de iſto nr̄o magiſtro ieſu?
Reſpōdit alius. neſcio q̄d dicā. credebam ip̄m
eſſe filiū dei ꝓpter miracula q̄ faciebat. ſed mō
non credo. q̄ ita crudelit̄ mortuꝰ eſt. Nūq̄d ſi fi
lius dei eſſet pat̄ iuuiſſet filiū poſitū in tali preſ
ſura. Rn̄dit alter. nec ego credo ip̄m eſſe dei fi
lium. Et ip̄e ih̄s appropinquās ibat cū illis. Di
xit alius ſi nō eſſet filius dei quō potuiſſet laza
rum ſuſcitaſſe. nunq̄d tu fuiſti ⁊ vidiſti quādo
ſuſcitauit lazarū q̄driduanum. ita etiam ⁊ ego
fui ⁊ vidi. Idem de illo ceco a natiuitate cui de
dit viſum. ⁊ ſic loquendo ⁊ fabulando ibant et
flendo. poſt modicū dicebat alter. O ſocie nun
q̄d helias ⁊ helyzeus ſuſcitauerūt mortuos. tn̄
non ex h̄ credunt̄ filij dei fuiſſe. nec ipi dicebāt
ſe eſſe filios dei. Chriſtus autem retro ſequeba
tur eos audiendo v̄ba eorum. ſed ipi calefacti
de v̄bis non curabant de eo. q̄ nec ip̄m cogno
ſcebant. Dicebat alter. verū eſt ꝙ mlt̄i ꝓpheta
rū fecerūt miracula multa. ſed quō nō ꝑ ſe nec
v̄tute ꝓpria ſed aliena. ſed ieſus v̄tute ꝓp̄a fa
ciebat imperādo. alij aūt faciebāt orādo. Dixit
alter verū dicis ꝓ certo iſta ratio eſt bona. Et
poſt modicū dixit alius ſocius. Neſcis tu ſocie
ꝙ in nocte paſſiōis ſue orauit ne moreret̄. ſi fu
iſſet filius dei nunq̄d pater adiuuiſſet eum? Re
ſpondit alter. Verū dicis. tamē ſi noluiſſet mo
ri bn̄ potuiſſet fugere vel latere. ſicut quādo iu
dei voluerūt ip̄m lapidare. ſed ip̄emet venit ad
paſſionem voluntarie ⁊ non violent̄. imo dixit
nobis. Ecce aſcendimus hieroſolymā ⁊c̄. Mat
thei. xx. Dixit alius. mō ponamus ꝙ nō ſit filiꝰ
dei. tamē non poſſumus negare q̄n ſit meſſias.
Nam oēs doctores ponūt ⁊ dicunt ꝙ tp̄s meſ
ſye eſt completū. Et iſte habuit oīa ſigna data.
⁊ poſita a ꝓphetis de meſſya Quia cecis dedit
viſum. claudis greſſum ⁊c̄. Reſpōdit alter. O
ſocie rex meſſyas debuit nos liberare a captiui
tate. ⁊ iſte non liberauit nos ſed mortuus eſt. et
nos remanemus hic in captiuitate ſub imperio
romano ⁊c̄. Dixit alter ſocio. Ecce q̄d ego cogi
to. Nūq̄ iſte p̄dicauit de dn̄io iſtius mūdi. nec
de bonis tp̄alibus. Ideo quādo ꝓph̄e dicunt.
ꝙ meſſyas debuit nos liberare ⁊ redimere a ca
ptiuitate nō intelligit̄ de iſta captiuitate impa
toris romanorū. ſ; diaboli vt credo. Dixit aliꝰ
O tam bona ratio eſt iſta. Verū dicis. Et alter
dixit. Ponamus ꝙ nō ſit filius dei. nec meſſy
as. tamē ip̄e fuit ſanctiſſimus ꝓpheta ⁊ bonus
Tu ſcis ꝙ nunq̄ vidimus in eo aliquem defe
ctū. nec pilatus q̄ examinauit eū inuenit in eo
aliquam cauſam ꝓ qua ip̄e eſſet dignus morte
imo erat plenus v̄tutibus. humilitate. ſanctita
te. caſtitate. patiētia. abſtinētia. ieiunijs. vigi
lijs ⁊c̄. Reſpondebat alter. Si ip̄e fuit ita ſan
ctus ⁊ amicus dei quando in cruce dixit. He
ly. hely. i. deus meus deus meus reſpice in me.
⁊c̄. Nunq̄d deus omipotens iuuat ⁊ conſeruat
ſuos? Nunq̄d dicit dauid de amicis dei. Cū ip
ſo ſum in tribulatōne eripiam eum ⁊c̄. Si forte
ſanctus fuit ſed nō reliquiſſet eū. Ecce quomō
ibant ⁊ loquebāt̄ de omibus ⁊ intus ip̄m ama
bāt ⁊ dubitabāt. Dixit alter. videt̄ mihi ꝙ q̄n
dixit hely hely ⁊c̄. ꝙ h̄ dicebat de amicis ap̄lis
⁊ diſcipul' q̄ eum derelinquebāt. ⁊ de hoc dice
bat p̄ri qui ordinauit ita fieri. Rn̄dit alter. ve
re bn̄ dicis. ⁊ nō recordari de ſole obſcurato et
de terra q̄ tremuit. Item de mortuis qui ſurre
xerūt. Item de multis q̄ conuerſi fuerūt vt Lō
ginus ⁊ alij de ſimplicibus q̄ ꝑcutiētes pectora
ſua reuertebant̄. Et xp̄us ſequebat̄ eos. Ideo
Gregꝰ. De ſe g̊ loquētibꝰ p̄ſentiā exhibuit. ſed
de ſe dubitantibꝰ cognitōis ſue ſpēm abſcōdit.
Ex his faciā ratōē q̄ iſti diſcipuli nō habebāt
fidem Et ſi hoībus non credentibꝰ ꝑ ſolā loq̄lā
v̄borū ſpūalium ſe iunxit ih̄s. q̄to magis nobiſ
q̄ ſumus credentes ſi loq̄mur v̄ba ſpūalia. Cō
ſiderandū eſt autē hic quare xp̄s iſtis duobus
diſcipul' euntibus in villā noīe emaus apparuit
in aliena effigie ſicut dicit̄ Mar. vlt̄? Ad illam
q̄ſtionem reſpōdet ſanctus Tho. in. iij. pte. q.
lv. arti. iiij. ꝙ reſurrectio xp̄i manifeſtāda fuit
ꝑ modū quo eis diuia reuelant̄. innoteſcūt aūt
diuina hominibus ſm̄ ꝙ diuſimode ſunt affecti.
Nam illi qui hn̄t mentem bn̄ diſpoſitā ſm̄ ve
ritatem diuina ꝑcipiūt. Illi aūt q̄ habēt mētē
nō bn̄ diſpoſitā diuina ꝑcipiūt cū q̄dam ꝯfuſio
ne dubietatis vel erroris. aīalis eīm hō non ꝑ
cipit ea que ſunt dei. vt dicit̄. j. Chori. ij. Et iō
xp̄us q̄buſdam ad credendū diſpoſiti pꝰ reſur
rectōēm apparuit in ſua effigie. Illis aūt in alia
effigie apparuit q̄ iam videbant̄ circa fidē tepe
ſcere. Unde dicebāt. nos ſperabamꝰ q̄ ip̄e eſ
ſet redempturus iſrl'. Vn̄ Gregꝰ. dic̄ in omel'.
ꝙ talem ſe exhibuit eis in corp̄e qual' apd̄ illos
erat in mente. q̄ eīm adhuc in cordibus eorū pe
grinus erat a fide. ire ſe longius finxit ac ſi eſſet
ꝑegrinus. Nec illa fictio fuit mendaciū. q̄ ſm̄
Augꝰ. in li. q. euangelij. Nō omne qd̄ fingimus
mendaciū eſt. ſed q̄n illud fingimꝰ qd̄ nichil ſi
gnificat. Cū aūt fictio noſtra refert̄ in aliquam
ſignificatōēm. non eſt mendaciū ſed aliqua figu
ra veritatis. Alioq̄n oīa que a ſapientibꝰ ⁊ etiā
ab ip̄o dn̄o figurate dicta ſunt mendacia repu
tabunt̄. q̄ ſm̄ vſitatū intellectū nō cōſiſtit ve
ritas in talibus dictis. Sicut aūt dicta illa etiā
fingunt̄ facta ſine mendacio ad aliquā rē ſigni
ficandā. ⁊ ita factum eſt h̄. Clarū eſt g̊ qd̄ dixi
qd̄ ex v̄bis ſpūalibus attrahit̄ ⁊ retinet̄ xp̄us.
Iuxta quod dicit thema. Mane nobiſcū do
mine ⁊c̄. ne. ſ. cadamus in noctē pcti. Habemꝰ
hic exemplū morale vt loquamur v̄ba ſpūalia
non carnalia nec mundana nec mēdacia. Tur

Pꝫus eſt mendaciū in ore q̄ ſtercus. q2 aufert of
ficium lingue. Jdeo cauete a falſis iuramentis
a diffamatiōibus. a blaſphemijs. ꝓpter h̄ apo-
ſtolus dicebat. Deponentes mendaciū. loqui-
mini veritatē vnuſquiſq; cū ꝓximo ſuo. ⁊ om
nis ſmo malus ex ore veſtro nō ꝓcedat. ⁊c. ad
Ephe. iiij. Dico ſecūdo q2 eſt alius modus cō
trahendi ⁊ retinendi xp̄m ꝑ gratiam. ſ. audien
do ṽba celeſtia. ſicut mō me p̄dicante vob au/
dientibus. nunc ieſus eſt in medio noſtrū. Jdō
dicunt naturales philoſophi. q2 ſicut ſimilitu/
do eſt cauſa ſocietatis ⁊ dilectōnis. ita ⁊ vacuū
ſcdm eos phōs vt impleret vacuum ſi eſſet. citi
us deſcenderet celū q̄ vt ꝑmaneret vacuum in
aere. ſi em̄ vas plenum a parte inferiori euacue
tur ſubito ꝑ foramen ſupius attrahit ventum.
al's non euacuaret. Sic qn̄ cor homīs audient
doctrinas celeſtes euacuat a cogitatōibus mū
danis trahit ad ſe p̄ſentiam dei. Act. x. Adhuc
loquente Petro verba hec. cecidit ſpūſſanctuſ
ſuper omnes qui audiebant verbum.

¶ Nota conſequent' ſecundā ꝑtem euangelij.
Et ait dn̄s ad illos. Qui ſunt hi ſmones q̄s ⁊c
vſq; in omibus ſcripturis que de ip̄o erāt. Nō
nos autē ſperabamus. glo. iam nō ſperam9. ad
quos dixit xp̄s. Et vos fuiſtis diſcipuli ſui. di-
xerūt. imo. ⁊ audiuiſtis eius ſermones: ita. Et
dixit. O ſtulti ⁊ tardi corde ad credendū Stul
ticia ſumit hic ꝓ cecitate ſm lr̄am. Jn omibus
q̄ locuti ſunt ꝓphete. O dixerūt illi. Et tu ſcis
quid dicūt ꝓphetie. Jta: audite textus: qui in-
cipiens a moyſe ⁊ omibus ꝓphetis interp̄taba
tur illis in oībus illis ſcripturis que de ip̄o erāt
Ergo ſi dico vobis de aliquibus nō potero er-
rare. Alia practica Dixit eis xp̄s. Non ſcitis
q2 a p̄ncipio qn̄ creauit deus mundū in medio
ꝑadiſi cōſtituit arborem vite que habebat talē
ṽtutem q2 q̄ comedebat de illo fructu nullā ha-
beret ſenectutem ⁊ euaderet mortē. vnde h̄. nū
q̄ ſine arbore potuit deus p̄ſeruare gentes i vi
ta corꝑali: Reſponderūt illi. neſcim9. credim9
q2 ſic. Et xp̄s. imo potuit. Sed illa arbor fuit fi
gura ieſu xp̄i qui in medio mūdi operatus eſt
humani generis ſalutē. De quo dauid. De9 no
ſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio ter
re. pſ̄. lxxiij. Medium terre eſt ibi vbi crux ma
giſtri veſtri fuit poſita. ibi em̄ eſt centrū terre.
ſiue mundi. Ecce ibi arbor vite qui comedet de
illo fructu cum duabus mandibulis. ſ. credēdo
⁊ obediendo nō morief eternaliter Dixerūt illi
nū q̄ audiuimus tale ſecretū. ⁊ dixerunt. dica-
tis nobis plus. Et dixit. poſtq̄ deus formauit
adam ⁊ voluit formare mulierē quō fecit: Re-
ſponderūt. miſit ſoporem in adam Cūq; obdor
miſſet tulit vnam de coſtis eius ⁊c. Gen̄. ij. Et
xp̄s. nunquid deus aliter poterat formare mu-
lierem: imo. Sed figura fuit q2 ſic de latere chri
ſti dormientis ꝑ mortem debuit formari eccle-
ſia ſponſa ſua ꝑ ſanguinē redemptōis ⁊ aquā
regeneratōnis. Jtem qn̄ deus tempe Noe vo-
luit deſtruere mundū ꝑ aque diluuium ex abū
dantia peccatorū. nonne mandauit fieri arcam
in qua ſaluaret ſemen. ſ. Noe ⁊ alij. nū quid po
terat aliter eos ſaluare: imo. ſ3 hoc fuit figura
Figurabat em̄ diluuiū peccatorū quod ſubmer
git animātia. ſ. hoīes aīmales ⁊ mūdanos ⁊ vo
lucres. ſ. multos cōtemplatiuos. ⁊ nō habēt re
medium ſaluatōnis niſi ꝑ arcam crucis. cuius
porta apta eſt in latere xp̄i. De quo illi admirā
tes dicebāt. verū dicit ꝓ certo. Jlle ſcit plus q̄
magiſter noſter. ⁊ ſimilia ṽba. Jtē cum abraā
non haberet niſi vnū filium de Sara. ſ. Jſaac.
⁊ deus p̄cepit ſibi vt ſacrificaret filiū ſibi. Ge-
neſis. xxij. quare deus p̄cepit hoc: maxie q2 nō
fuit factum ſacrificiū de eo. ſed de ariete niſi q2
fuit figura paſſionis chriſti in qua diuinitas fi-
gurata ꝑ yſaac non fuit paſſa ſed humanitas fi
gurata ꝑ arietem. Jtē de patriarcha Jacob qn̄
debuit mori. ⁊ Joſeph collocauit corā p̄re ſuo
iacob duos filios vt bn̄diceret eis. ⁊ iacob can-
cellatis manibus in modū crucis bn̄dixit eis. ſ.
manaſſen ⁊ effraym. Et illa bn̄dictio figurabat
chriſti paſſionem. duo filij ioſeph figurabāt du
os populos. Manaſſes maior filius quod idē
eſt qd̄ obliuio ſignificabat populū iudaicū. qui
ꝓpter ſcelera ⁊ peccata ſua nō meret' bn̄dici cū
dextra. imo benedictio tranſlata eſt in chriſtia-
nos. Effraym ṽo filius iunior quod eſt idē qd̄
augmentū ſignificabat populum chriſtianum.
Chriſtianitas em̄ creuit. ⁊ ampli9 creſcet i fine
mūdi. Jtem filij iſrael quod remediū habuerūt
in deſerto cōtra ſpentes. Numeri. xxj. Fuit li-
gnum cum ſpente eneo in modū crucis. ⁊ figu
ra fuit crucis chriſti que eſt remediū contra ſer
pentes inferni. Poſtq̄ declarauit eis figuras.
dixit eis quomō xp̄i paſſio fuit a ꝓphetis pro-
phetiſata. Dauid fecit de ea totū illū pſalmum
Deus deus meus reſpice in me. Jn quo comp̄
hendit fere totam eius paſſionē. Jtem Eſa. liij.
Uere languores noſtros ip̄e tulit ⁊c. Jtē Da
niel. ix. Poſt hebdomodas. lxxij. occidet chri
ſtus. Et ſic interp̄tabat illis ſcripturas. O dice
re potuerūt illi. magiſter noſter nō p̄dicabat no
bis iſta. imo. ſed erat culpa eorū. q2 non intelli/
gebant. Patē ergo quō audiendo doctrinas at
trahit ⁊ retinet chriſtus. Moraliter ergo au/
diendi ſunt ſmones. miſſe ⁊ verba dei. Propt'
hoc dicit hieremias. Tu in nobis es domine. et
nomen tuum inuocatum eſt ſuꝑ nos ⁊c. Hiere.
xiiij. Aures em̄ ſunt porte ꝑ quas intrat chriſt9
quādo homo audit doctrinas celeſtes. Jdō ma-
gnum malū faciunt ſibi illi qui nolūt audire ſer
mones. Jdeo apoſtolus dicit. Fides eſt ex au-
ditu. auditus autē ꝑ verbū dei. Ad Roma. x.

Nota ꝑ ꝟbum dei. nõ dicit Ouidij nec ph̄orū
nec poetarũ. Et ideo maius malū qḋ fecit ma
chometus fuit p̄cipiendo ſuis ꝙ nõ audirent p̄
dicatiões xp̄ianorum. ꝑ h̄ claudens eis portā
ſaluatiõis q̄ eſt auditus ꝟbi dei. q2 ſi audiſſent
indubie omẽs pene eſſent xp̄iani. vnde nullus
eſt q̄ iugiter audiat ꝟbum dei quin conuertat̃
ſibi ꝑdicetur. Dico tertio ꝙ eſt ali⁹ modus tra
hendi ⁊ retinendi xp̄m. ne recedat a nob. ſ. fa=
ciendi opa miſericordie. Nam ſ̃m ph̄os tria at
trahunt. Primũ eſt ſimilitudo. ſecundũ eſt va=
cuum. vt dixi. Tertiũ eſt calidũ qḋ etiā habet
ꝟtutem attractiuã. ſicut patet in lampade vbi
oleũ trahit̃ ab igne. Sic calor charitatis ⁊ mi=
ſericordie trahit p̄ſentiā dei. Auctoritas Qui
manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. j.
Joh. iiij. Et hanc tertiã ratõnem oſtendit euã=
gelium in fine. Et approꝑinquauerunt caſtello
vſq3 ad finem. Et nota ꝙ ipſi ibant ad caſtellū
⁊ ipſe dñs finxit ſe longius ire. q2 non veit ſolũ
ad ſaluandum illos. ſed etiã alios m̃ltos Et co
egerunt illũ dicentes. Mane nobiſcum domie
quoniã aduespaſcit. potuit cogitare ita. cogit
me. bene placet mihi. ⁊ intrauit cum illis. Pot
autẽ imaginari ꝙ ipſi voluerũt ſoluere cenam.
⁊ facere ſibi miſericordiã ⁊ elemoſynã ſi in alie=
no erant hoſpitio. ⁊ ſic retinuerũt eum. patꝫ er
go ꝙ elemoſynis deus retinet̃ a creatura. Qñ
aũt fuerunt in hoſpitio ꝓbabile eſt ꝙ rogaue/
runt hoſpitem vt pararet bonam cenam. bene
poterat ammirari hoſpes ꝙ homies pauperes
vellent tantũ expendere qui dixerũt ꝙ ille per=
egrinus licꝫ ſic incederet erat litteratiſſim⁹. q2
plus oſtendit nobis in iſta via in vno ſ̃mone ꝗ̃
magiſter noſter in tot ſ̃monibus. Jdõ volumus
cũ inuitare ad cenã. ideo paretis nobis bonam
cenã. ⁊ illa iam q̄ſi parata dederũt aquã ad ma
nus honorando valde ꝑegrinũ. Et chriſtus in=
cepit bñdictõnem menſe iuxta ſuã cõſuetudinẽ
di. Oculi omniũ in te ſperãt domine ⁊c̃. Et illi
admirãtes quomõ ſciebat ipſe bñdictõem eorũ
mgr̃i ⁊ reſpiciebãt eũ nec cognoſcebãt. Et cum
fuiſſent in menſa xp̄s fregit panem. acſi cū cul
tello eſſet diuiſus. ⁊ in fractõe panis cognoue=
rũt eum. ⁊ ſubito diſparuit. Albertus tamen
dicit ſuꝑ lucã ꝙ Cleophas in ꝓpria domo pa=
rauit ſibi cenã. Et eadem hora reuerſi ſunt hie=
ruſalem. Moralit̃ ergo faciatis elemoſynã pau
peribus frangatis eis panẽ. recipiatis ꝓ vobis
neceſſitatẽ ⁊ nõ ſuꝑfluitatẽ. de alijs aũt ſubue/
niatis pauꝑibus verecũdis. viduis. pupill̃. ho
ſpitalibus. ⁊ ſic retinebitis xp̄m ꝑ gratiam. Jdõ
dicebat xp̄us Mat. v. Beati miſericordes. q̃=
niam ipſi miſericordiã conſequent̃ ⁊c̃.

❡ Feria tertia Paſce.

APeruit eis ſen=

ſum vt intelligerẽt ſcripturas. Lu. xxiiij. Scie͂
dum int̃ oẽs difficultates ⁊ veritatis fidei xp̄ia
ne articulus reſurrectõis fuit maioris difficul/
tatis ad credendũ nõ ſolũ infidelibus paganis
⁊ philoſophiſ. ſed etiã apoſtol̃ ⁊ diſcipulis xp̄i
De ph̄is legit̃ Act. xvij. ꝙ cum ap̄lus paulus
p̄dicaret athenis fidei articulos. ph̄i ipm libẽt̃
audierũt. quſq3 fuit ꝑuentũ ad artic̃los reſur=
rectõnis. q2 tunc ipm deridendo dixerũt. quid
vult ſeminator ꝟborũ hic dicere. alij dixerunt.
nouorũ demoniorũ videt̃ annũciator eſſe. quia
ih̄m ⁊ reſurrectõnem annũciabat eis. Ratõ q2
ph̄i habebant ꝓ regula ⁊ ꝓ p̄ncipio. ꝙ a pura
ꝑuatione nõ eſt ꝓceſſus ad habitũ ſicut a cecita
te ad viſum. vel ſurditate ad auditũ. Cū ergo
mors ſit ꝑuatio omniũ ſenſuū ⁊c̃. idõ articulus
reſurrectõnis fuit maxime difficultatis ad credẽ
dum. de hoc ꝓphetia. Aſpicite in gentibus ⁊ vi
dete ⁊ admirami ⁊ obſtupeſcite. q2 op⁹ factum
eſt in diebus vr̃is ⁊ nemo credet cum narrabit̃
Abacuc. j. ⁊ loquit̃ de ope paſſionis ⁊ reſur=
rectõnis. Jtem Eſa. liij. Quis credidit auditui
noſtro. ⁊ brachiũ domi ⁊c̃. ſ. regem meſſyā. q2
ſicut miles brachio defendit. ita deus ꝑ regem
xp̄m defendit nos a diabolo. patꝫ g̊ difficultas
credulitatis hui⁹ articuli. ꝓpter h̄ xp̄us multi=
pliciter oſtendere voluit ⁊ manifeſtare apoſtol̃
ſuam gl̃oſam reſurrectõnem.

❡ Primo ꝑ auditum.
❡ Secundo ꝑ tactum.
❡ Tertio ꝑ viſum.
❡ Quarto ꝑ guſtum.
❡ Quinto ꝑ odoratum.
❡ Sexto ꝑ intellectum.

❡ De ſexto dicit thema. Aperuit eis ſenſum.
vt intelligerẽt ſcripturas. Dico p̄mo ꝙ chriſt⁹
oſtendit ſuã reſurrectõꝫ ꝑ ſenſum auditus. ibi
Stetit ih̄s in medio diſcipulorũ ſuorũ. et dixit
eis. Pax vobis ego ſum nolite timere. Diſcipu=
li omẽs erant cõgregati qui loquebant̃ in ſe nec
credebãt xp̄i reſurrectõꝫ quã audiuerũt a trib⁹
marijs. Et xp̄us intrauit ianuis clauſis dicens
Pax vob ego ſum nolite timere. Dico ꝙ hic ꝑ
auditũ xp̄s oſtendit diſcipul̃ ſuis veram ſuam
reſurrectõꝫ q̄ dubitabãt ne forte eſſet ſp̄ũs ma=
lignus. q2 ſic intrauerat ianuis clauſis. Jdõ xp̄s
ipſos certificando locutus eſt diſcipul̃ di. Pax
vob ego ſum ⁊c̃. q. d. ſp̄ũs malignus nõ offert
pacem ſed guerrã. diuiſiones. inimicitias. ⁊ fu
git pacem. idõ qñ xp̄s miſit ap̄l̃os ad p̄dicãdum
dixit eis. Jn quãcũq3 domũ intraueritis p̄mū
dicite Pax huic domui. Luc̃. x. dixit eis. Pax
vob ⁊c̃. Que q̄dẽ ꝟba veniebãt ad aures apo=
ſtolorũ cũ infinita dulcedine mell̃ oſtẽdẽte audi
tui ap̄l̃orꝫ ꝙ nõ erat ſp̄ũs malus ſed bon⁹. De h̄
ꝓphetia Cañ. v. Anima mea liq̄facta eſt vt dile
ctus locut⁹ eſt. Et loquitur in ꝑſona cuiuſlibet

apoſtoli xp̄i. Queſtio ſi aliq̄s diceret frat̄. et ſi
v̄ba xp̄i veniebāt cum tanta dulcedine. quare
iudei nō credebāt in eum? Reſpōſio ꝙ qn̄ infir
mus habet palatū inordinatū ⁊ infectū aliquo
malo humore. dulce videt̄ ſibi amarū. ſecus de
ſanis ⁊ bn̄ ordinatis. Jō ſani ⁊ bn̄ ordinati cre
diderūt in xp̄m ⁊ nō iudei malicioſi. Aug⁹. Im
pius non ſentit dulcedinē dei ⁊c̄. De h̄ ꝓphetia
Nōne v̄ba mea bona ſunt cum eo ꝗ recte gra-
ditur Michee. ij. Et loquit̄ in ꝑſona xp̄i. ⁊ v̄-
ba q̄ ſine obſtinatōne veniunt ad audiendū ſer
mones illuminant̄ v̄bo dei. al's nō. Scd̄o oſtē-
dit xp̄us ſuam reſurrectōꝫ ꝑ tactū. poſtq̄ꝫ diſci
puli crediderūt ꝙ nō erat malus ſp̄us. opinati
ſunt aliud. ſ. ꝙ aīa eſſet xp̄i ſola ſine corꝑe Tūc
dixit eis ih̄s. Palpate ⁊ videte q: ſp̄us carnem
⁊ oſſa nō hꝫ ſicut me videtis hr̄e. Ecce quō per
tactum oſtendit ſuā reſurrectōēꝫ. ip̄e q̄ videbat
corda eorū ⁊ falſam opinionē ꝑ tactū voluit eiſ
oſtendere veritatem di. Palpate ⁊ videte ⁊c̄.
Hic practice quō vocauit petrū di. veni petre
palpa. vide nūq̄d ſunt hec carnes ⁊ oſſa? Idē
de alijs apoſtol'. Ex iſto tactu trahit̄ vna talis
cōſideratio vel diſtinctio inter vetus ⁊ nouum
teſtamentū. q: deus antiq̄tus noluit ꝙ arca te-
ſtamenti tangeret̄. imo ſi tangebat̄ ab aliq̄ ſtati
moriebat̄. vt p̄tꝫ de Oſa. ij. Re. vj. Sꝫ arca vi-
te noui teſtamēti. ſ. corpus voluit tangi ⁊ palpa
ri. Ecce qual' dr̄a ſit iter amorē ⁊ timorē. q: tūc
volebat timeri nūc aūt amari. idō deus tūc aſſū-
ſit formā terribilem ignis. ſed nūc aſſumpſit for
mam amicabilē hoīs. ⁊ ſic̄ tunc adorabat̄ in for
ma arce ſic mō adorat̄ in hoſtia. Et ſicut in ar-
ca erant tria. ſ. virga aaron. tabule legis moyſi
⁊ vrna māne. v̄ga ſignificat paſſionē ⁊ regnum
regale dauid. tabula v̄o aīam xp̄i in q̄ oſtendit̄
ſcia dei. manna aūt diuinitatē ſapidā. ita ⁊ mō
pōt tāgi hoſtia. ⁊ ſic̄ tūc ex tactu arce moriebāt̄
ita mō de tactu xp̄i viuūt ⁊ ſaluant̄. Marci. vj
Quotq̄t tangebāt eū ſalui fiebant. Tertio ꝑ vi
ſum q̄d turbati eſtis ⁊ cogitatōnes aſcendūt in
corda vr̄a videte manus meas ⁊ pedes meos ⁊
latus q: ego ip̄e ſum. De p̄ma illa opinione fal-
ſa ꝙ erat ſola aīma xp̄i. receperūt aliam falſam
opinionē. cogitabāt ꝙ xp̄s aſſumpſit aliō cor-
pus. q: corpus ſuū erat ita clauſum ⁊ cuſtoditū
in ſepulcro ꝙ credebāt ip̄m nō poſſe exire de ſe
pulchro. contra h̄ xp̄s dixit eis. Quid turbati
eſtis nunq̄d vidiſtis vulnera. q: illud idē cor-
pus quod vidiſtis eſt. Tunc ex viſu diſcipuli
crediderūt. Ecce dr̄am inter legem veterē ⁊ no
uam. q: in veteri lege nō videbāt eum. vt patet
Exod. xxxiij. de moyſe q̄ ſtetit in mōte. xlij. die
bus. ⁊ loquebat̄ cū deo. tn̄ non vidit eum. imo
petijt ꝑ gratia dicens. Si inueni gratiā in con-
ſpectu tuo. oſtende mihi faciem tuā. Unde di-
xit deus moyſi. nō videbit me hō ⁊ viuet Idēꝫ
de arca que ſi videbat̄ ab aliquo ſtatim morie-
batur. ideo p̄cepit deus moyſi ne intrarent leui
te ad videndū arcam ne morerent̄. Ideo legit̄
j. Re. vj. de illis q̄ ex viſu arce mortui ſunt. Ra
tio q: illa tota lex fuit velata ⁊ coopta ⁊ figura.
Ideo deus nolebat videri. ſed modo vult vide
ri. quia iam ſunt figure manifeſte ⁊ clare. Ideo
petebat dauid dicens. Reuela oculos meos
⁊ ꝯſiderabo mirabilia de lege tua. reuela ſcꝫ fi-
guras. ſed mō videt̄ ⁊ tangit̄ in hoſtia. de h̄ ꝓ-
phetia. Parauit dn̄s brachiū ſuū ſctm̄ in ocul'
omniū gentiuꝫ. ⁊ videbūt omnes fines terre ſa
lutare dei noſtri ⁊c̄. Eſa. lij. Quarto per guſtū
ibi. adhuc aūt illis nō credentibus ⁊ mirātibus
dixit. habetis h̄ aliq̄d quod manducet̄. At illi
obtulerūt ei partem piſcis aſſi ⁊ fauum mellis.
⁊ cū māducaſſet corā eis ſumens reliq̄as dedit
eis. Depoſitis p̄inis opinionibus falſis opina-
ti ſunt quarto ꝙ xp̄us non ſurrexit a mortuis
veracit̄ ⁊ fantaſtice ⁊ ſimilitudinarie. ꝓpter h̄
xp̄us volens ꝓbare ⁊ oſtendere ſuā veram re-
ſurrectōꝫ dixit. habetis h̄ aliq̄d qō manducet̄.
Si dicat̄ h̄ quomō corpus gl'oſum pōt comedē
Dico ꝙ corpus gl'oſum ꝑdidit neceſſitateꝫ co-
medendi ſed nō ꝑdidit poteſtatē. q: nō indiget
cibo. tm̄ ſi vult poteſt comedere. Jō xp̄us come
dit vere ⁊ realit̄. ⁊ cibus deſcēdit in ſtomacho.
ſed nō fecit ibi digeſtionē. Quid ḡ factuꝫ eſt de
illo cibo? dic q̄d fit ḋ gutta aq̄ q̄ cadit circa ignē
vl' ſolem que euaporat̄. idē de illo cibo. Et fuit
completa ꝓphetia ſampſonis Judicum. xiiij.
Hic hiſtoriā de leone quē occidit ⁊c̄. ⁊ quomō
ꝓpoſuit ꝓblema ſocijs di. de comedente exiuit
cibus ⁊ de forti egreſſa eſt dulcedo. totū h̄ fuit
figura xp̄i. q: leo mortuus nō erat comedēſ nec
fortis. ſed vult dicere de comedente. i. xp̄o qui
comedit cum apoſtol' in cena. exiuit cibus. ſ. vi
te. De quo dicit ip̄e. Caro mea vere eſt cibus ⁊
ſanguis ⁊c̄. Joh̄. vj. Ecce ſacramentuꝫ altaris
⁊ de forti. i. xp̄o mortuo. q: corpus xp̄i mortuū
ex coniunctōe diuinitatis tantā habuit fortitu-
dinem quantā habet nunc. egreſſa eſt dulcedo
ſcꝫ gl'oſe reſurrectōis Quito ꝑ olfactuꝫ. ⁊ de h̄
nihil dicit lucas. ſꝫ Joh̄. xx. dicit̄ inſufflauit. q̄
re? Reſponſio vt ex illo odore ſuā veram reſur
rectōnem ꝓbaret. ꝓpter quintā opinionē falſā
quam multi habent. opinant̄ nōnulli ꝙ poſt re
ſurrectōꝫ nō habebimus inteſtina Dico ꝙ imo
habebimus ventrem ⁊ inteſtina. ſed nō ſic̄ mō.
ſed erūt plēa optimo liquore odorifero aroma
tico. Ideo xp̄s ad ꝓbādū h̄ inſufflauit in diſci-
pulos ſuos anhelitū odoriferū nec̄ mirum Le
gitur in Job. xl. de leuiathan ſeu cete de q̄ bea-
tus Tho. ibi ad lr̄am dicit ꝙ habet anhelitum
odoriferū ⁊ clar̄. ⁊ clarificat mare. ⁊ qn̄ vult co
medere emittit multū de anhelitu. ad cui⁹ odo-
ris fragrantiam veniūt piſces ⁊ abſorbet eos.

Modo fiat ratio ꝑ locū a minori.ſi illa fera be-
ſtia habet anhelitum odoriferū ⁊ clarū ⁊ clarifi
cat mare.⁊ qñ vult comedere emittit multū de
anhelitu.q̄tomagis corpus xp̄i gl'oſum. qui ē
deus ⁊ hō.⁊ ſic extraxit diſcipulos ex illa falſa
opinione.⁊ fuit completa ꝓphetia de yſaac Ec
ce odor filij mei ſicut odor agri pleni cui benedi
xit deus. Geñ.xxvij.nō dicit odor de monſtris
vel de cineta vel de algalia . ſed ſicut odor agri
pleni. Nota dr̄am inter agrū ⁊ ortum.q2 ortus
eſt clauſus.ager nō. Ecce dr̄am int̄ legez moy-
ſi ⁊ legem xp̄i.q2 lex moyſi fuit tāq̄ȝ ortus clau
ſus ⁊ ſtrictus.q2 ſolū data fuit populo iſrahel.
Jō Cañ.v. Deſcēdat dilectus me9 in ortū ſuū.
non dicit agrū ſuū et comedat fructū.deſcēdit i
incarnatōe vt colligeret fructus obedientium.
Sed lex xp̄i euangelica eſt tanq̄ȝ ager apertus
q2 non ſolū vni pp̄lo ⁊ in vna patria.ſȝ in omnez
terrā exiuit ſonus eorū ⁊ in omēs gentes. Et ſi-
cut Jacob iunior abſtulit bn̄dictōem eſau anti
quioris.ita pp̄ls xp̄ianus q̄ venit poſt populuȝ
iudaicū abſtulit pp̄lo iudaico bn̄dictōneȝ. Lex
euangelica dicit̄ ager plenus.q2 in lege euange
lica complet̄ lex moyſi ⁊ ceſſat.ſicut port9 com-
plet ⁊ pficit nauigatōem nauis ⁊ ceſſat. Jteȝ ſi
cut completio domus dat complementuȝ edifi
catōnis.⁊ ſicut virilitas dat complementū hoi
ſic ⁊ lex euangelica dat complementū legi moy
ſi. Jdeo dicebat xp̄us iudeis.nō veni ſoluere le
gem ſed adimplere. Mat.v. ¶ Sexto oſtendit
xp̄s ſuam reſurrectōȝ ꝑ intellectum. Naȝ dubi
tauerunt apoſtoli an xp̄s ſurrexit verus deus ⁊
homo.ideo ad illud ꝓbandū xp̄s aperuit illis
ſenſum.i.intellectum vt intelligerēt ſcripturas
quia nullus alius poteſt cito ſcientiā dare igno
ranti vl' rudi niſi ſolus deus. Apoſtoli aūt om-
nes erant ignorantes ⁊ idiote ⁊ ſine lr̄is. ⁊ chri
ſtus ſubito oſtendit eis ſcripturas ꝓphetias et
figuras quas intellexerunt melius q̄ȝ ꝓphete.
Quis potuit illuminare ſalomonem in tāta ſci-
entia niſi deus.ſed maiorem illuminatōnem co
gnouerunt apoſtoli. ⁊ ſic apoſtoli cognouerūt
vere q̄ chriſt9 ſurrexerit a mortuis verus deuſ
⁊ verus homo.⁊ fuit cōpleta ꝓphetia dauid in
ꝑſona cuiuſlibet apoſtoli di. Benedicam dn̄m
q̄ tribuit mihi intellectum . Jnſuꝑ ⁊ vſq̄ȝ ad no
ctem increpuerūt me renes mei.ps̄. Judei dicū
tur renes. Dicunt philoſophi q̄ virtus genera
tiua hominū maxime eſt in renibus.et quia iu/
dei genuerūt apoſtolos. Jdeo dicunt̄ iudei re-
neſ. vult ergo dicere.renes.id eſt iudei.vſq̄ȝ ad
noctem.id eſt ad finem mūdi.verbo ⁊ ſcripto in
crepant.id eſt comp̄hendunt chriſtū ⁊ chriſtia
nos ſanctos ⁊ ſanctas dei.ſed in fine debent de
ſinui. Zacha.v. Et conuerſus ſuȝ ⁊ leuaui ocu
los meos ⁊ vidi.⁊ ecce volumen volans.et di-
xit ad me. Quid tu vides? Et dixi. Ecce ego vi
deo ⁊c̄.

¶ Feria quarta Paſce.

Manifeſtauit ſe ite
rum ieſus. Joh.xxj.c. Sermo erit de
ſancto euangelio hodierno quod cō
cabiliter dicit̄ factum eſt. iam eſt mortuus. ex q̊
fit executio. ita eſt de nobis quādo facimus pec
cata morimur morte ſp̄uali. clarū eſt ⁊ ꝓceſſus
factus eſt ⁊ ſententia eſt iam data in curia iuſti
cie dei. Sententia eſt. Aīma que peccauerit ip-
ſa moriet̄. Ezech. xviij. Item ap̄ls. Stipendia
peccati mors. Ad Rom. vj. Et iā fit executio

eundo ad mortem. Equus qui ducit nos eſt ſol
dicat̃ de eius curſu. Jdeo q̈libet prudens de-
bet ſe reputare iam mortuum. Jdeo quando ꝓ
ſternimus nos in oratõe h̃ figuramus. Jõ ad ſi
gnificandum hoc xp̃s in nocte paſſiõis ꝓcidit
ſup terram ⁊ orabat. Jdeo dicit apl̃s. Si in vo
bis xp̃s eſt. corpus q̈dem mortuũ eſt ꝓpter pec
catum. ſpũs viuit ꝓpter iuſtificatõem. Ad Ro
ma. viij. Moraliter ita debemus facere ſic̃ ſen
tentiatus ad ſuſpendiũ. vel infirmus derelict⁹
a medicis qui petit confeſſionẽ facit teſtamẽtũ
parcit inimicis. facit reſtitutõz. petit veniã. or/
dinat vitam ſuã. Jta debet facere q̈libet noſtꝝ
nullus noſtrũ eſt certus ꝙ in ſero ſit viuus. Jõ
ꝯfiteami. remittet͛ iniurias. reſtituat͛ debita re-
ſpiciatis burſaz. ſi eſt ibi aliq̈d de iniuſt͛ bonis
q2 iam ſit executio de vob. cõtinue vadimus ad
mortem. ꝓpter hoc dicebat apl̃us. Exiſtimate
vos mortuos q̈dem eſſe peccato. viuentes aũt
deo in xp̃o ieſu. Non ḡ regnet peccatum in vr̃o
mortali corpe vt obediatis concupiſcentijs ei⁹.
Ad Roma. vj.

¶ Jn die Aſcenſionis domi. Sermo.

Videntibus illis

eleuatus eſt. Verbũ iſtud habet̃ tex
tualiter in Acti bus apl̃orum. c. j. et
officiat̃ in epl̃a hodierna. Scd̃m qd̃ ſcit͛ hodie
eſt ſolennitas mirabilis aſcenſiõis domi noſtri
ieſu xp̃i. quãdo completo ope noſtre redẽptõis
de hoc mũdo aſcendit in celum patent̃ corã vir
gine Maria ⁊ apoſtol' ⁊ diſcipulis. Et de hac
bñdicta aſcenſione erit ſermo noſter. Sed prio
ſalutet̃ virgo Maria. ¶ Pro declaratõne fun-
damentali huius v̈bi ⁊ introductõe materie ſci
endum ꝙ dñs noſter ieſus xp̃us in vita quam
tenuit in hoc mũdo ſuauit talem ordinez ⁊ mo
dum viuendi in ſuis opibus ꝙ aliqua opa vo-
luit facere ſecrete ⁊ occulte. alia publice ⁊ mani
feſte. ⁊ hoc duplici ratõne. Prima ꝓ noſtra in-
ſtructõne vt faciamus opa bona ſecrete. vt fu-
giamus vanam gl̃am. vt ſicut homo abſcondit
theſaurum. ita ⁊ bona opa ſunt abſcondenda.
Autoritas. Attendite ne iuſticiam veſtram. id
eſt bona opa faciatis coram hominibus vt videa
mini ab eis. alioq̈n mercedem nõ habebit͛ apd̃
patrem veſtrum q̈ in celis eſt. Mat. vj. Secũ
da ratio eſt de illis que faciebat publice ⁊ mani
feſte. vt deus pater laudaret̃ ⁊ ſanctificaret̃ in-
ſtruamur nos vt bona que facimus publice vt
ꝑdicare. celebrare. ⁊ alia que non poſſunt fieri
abſconſe ſint ad laudem ⁊ honorem ⁊ gl̃am dei
Jdeo dicit ip̃emet. Sic luceat lux veſtra coraz
hominibus vt videant opera veſtra bona ⁊ cla-
rificent patrem veſtrum qui in celis eſt. Mat.
v. Ecce quare xp̃s in vita ſua fecit aliqua ope-
ra ſecrete ⁊ occulte. ⁊ aliqua publice ⁊ manife-
ſte. Verbi gratia. Primũ opus quod xp̃us fe-
cit in hoc mundo ꝓ noſtra redemptõe fuit eius
benedicta incarnatio in vtero v̈giali. vt forma
tur granum infra auellanam. que fuit ſecreta.
quia nulla ꝑſona humana niſi v̈go Maria ſci
uit. iuxta ꝓphetiam dauid. Deſcẽdit ſicut plu-
uia in vellus ⁊ ſicut ſtillicidia ſtillantia ſup ter-
ram. inquit pſalmiſta. Deus iudiciũ tuum regi
da. pſ̃. lxxj. ¶ Secũdum opus fuit eius natiui
tas. ⁊ iſtud fuit publicum ⁊ manifeſtũ. q2 in vi-
co publico xp̃s voluit naſci vt omnes viderẽt
euz. angeli in aere cantauerũt. ⁊ animalia ip̃m
in preſepio adorauerunt͛. ſtella reges perduxit
ſtatim. Nam eius corpus reſplenduit vt ſol.
⁊ nox videbatur dies. iuxta prophetiam͛. Po
pulus qui ambulabat in tenebris vidit lucẽ ma
gnam habitantibus in regione vmbre mortis
lux orta eſt eis. Eſa. ix. ¶ Tertiuz opus fuit op⁹
ſue conuerſatõnis ⁊ vite. Aliqua opera ſue vi-
te fuerũt occulta ⁊ aliqua manifeſta. vixit enim
citra. xxxiij annos in domo cum Joſeph ⁊ vir-
gine Maria matre ſua ꝙ nõ faciebat miracula.
nec cognoſcebat̃ eius diuinitas. licet omnes gẽ
tes reputarent eũ virum caſtum ſanctum ⁊ bo
num non tamẽ omnes reputabãt ip̃m dominũ
quia diuinitas erat abſconſa. iuxta ꝓphetiam
Eſa. Vere tu es deus abſconditus deus iſrael
ſaluator. Eſa. xlv. Sed in baptiſmo voluit pu-
blicari ⁊ manifeſtari intantũ ꝙ celũ fuit viſũ ap
tum. ⁊ ſpũs in ſpecie columbe ſup euz deſcẽdit
⁊ vox patris intonuit dicens. Hic eſt fili⁹ meus
in quo mihi complacui. Tunc Johãnes icepit
dicere. Ecce agnus dei. ecce qui tollit pctã mun
di. Joh. j. Deinde ſtatim intrauit deſertuz ⁊ fe
cit ibi quadrageſimã nihil comedẽs nec bibẽs
in illis quadraginta diebus Et iſtud opus fuit
opus ſecretum dando nobis exemplum facien
di ſecrete penitentiã. ſ. ieiunia. oratõnes. elemo
ſynas ⁊ ſimilia. Deinde deſertũ exiuit. ⁊ icepit
publice ꝑdicare toti populo. Jdeo dixit coram
Anna. Ego palam locutus ſum mundo. ⁊ i ab-
ſcondito locutus ſum nihil. Joh. xviij. ¶ Aliud
opus fuit occultuz. ſ. eius tranſfiguratio. i quo
oſtendit ſuam diuinitatez. hoc voluit eſſe ſecre
tum. q2 nullus diſcipuloꝝ fuit ibi nec apoſtolo
rum niſi Petrus Jacobus ⁊ Johãnes. quib⁹
ꝑcepit. Nemini dixeritis viſionem hanc. donec
filius homis a mortuis reſurgat. Mat. xvij.
¶ Aliud opus voluit eſſe publicum. ſ. opatõnez
miraculorũ. curando infirmos. ſuſcitando mor
tuos. Jdeo dicebat ip̃e. Opa que ego facio ip-
ſa teſtimoniũ ꝑhibent de me. Johis. v. ¶ Aliud
opus occultuz fuit ſacramentũ altaris. de quo
ip̃e dixit. Caro mea vere eſt cibus. ⁊ ſanguis
meus vere eſt potus. Joh. vj. Sed opus publi
cum fuit eius doloroſa paſſio. iuxta ꝓphetiam
in ꝑſona xp̃i dicent͛. O vos omnes qui trãſitis

ꝑ viam attendite ⁊ videte. ſi eſt dolor ſimilis ſi=
cut dolor meus. Treno. j. // Aliud opus fuit ei⁹
glorioſa reſurrectio. qr nec ꝟgo Maria nec alij
viderunt ipm̄ reſurgentem. Sed ſtatim ſequit̃
opus publicū ⁊ manifeſtum. ſ. ſue gl'oſe Aſcen=
ſiōis. qr virgo maria ⁊. lxxij. diſcipuli. apoſtoli
⁊ mulieres ſancte. inter omnes erāt. cxx. quaſi
⁊ omnes viderūt ipſum aſcēdere. Jdō dixit ip
ſe. Uado ad eum qui miſit me. ⁊ nemo interro/
gat me quo vadis. Joh. xvj. Sup quo dic̃ glo
ſa Bede acſi apte dicat. Reuertar. ſ. aſcenden=
do ad eum qui me incarnari conſtituit ⁊ tāta tā
ꝗ̄ manifeſta erit eiuſdem aſcenſionis claritas.
vt nemini veſtrū opus ſit interrogare q̄ vadis.
videntibus cūctis ad celum ꝑgam. Et hoc dic̃
thema. Uidentibus illis. ſ. ꝟgine. apoſtol' et di
ſcipulis ad oculum publice ⁊ manifeſte eleuat⁹
eſt. Ecce qualiter p̄mum opus noſtre redēptio
nis fuit ſecretum ⁊ occultum. ⁊ finis publicum
⁊ manifeſtum. Opa ꝟo media aliqua fuerunt
occulta. ⁊ aliqua manifeſta. De iſta gl'oſa aſcē=
ſione volo vobis de p̄ſenti p̄dicare tria puncta
in quibus ſtat tota materia huius feſti.

¶ Primum eſt ratio theologicalis. quare iſta
aſcenſio fuit expediens.

¶ Secundum de practica hiſtorie quomō ipſa
fuit conueniens.

¶ Tertium eſt vtilitas finalis de iſta aſcenſiōe
ꝯueniens.

¶ Prima ratio theologicalis quare xp̄i aſcen=
ſio fuit expediens fundat̃ in quadam regl'a phi
loſophie dicēte. Quelibet res ardenter dilecta
trahit ad ſe cor ⁊ cogitatōes amantis. Sicut ca
lore ſolis trahunt̃ ſurſum vapores terre. ⁊ lux i
lampade trahit ad ſe totum oleū paulatim Jta
ꝑſona ardenter amata trahit ad ſe amantez ad
cogitandum de ea in corde. os ad loquendum.
oculos ad videndum. quia talis ē natura amo=
ris. licet hoc ſit verum. tamen dabo voƀ aucto
ritatem xp̄i dicentis. Ubi eſt theſaurus tu⁹ ibi
eſt ⁊ cor tuum. Luce. xij. Quia igitur apoſtoli
⁊ alij diſcipuli ardentiſſime amabant corꝑalem
p̄ſentiam xp̄i. nec mirum. quia nimium amoro
ſus erat ex ꝟbi dulcedine. ⁊ conuerſatōnis gra
tiſſime. ⁊ in alijs. Jdeo plurimū a dilectōe ⁊ re=
ceptione celeſtium bonorū ꝗ̄diu chriſtus fuit i
terra impediebant̃. ⁊ non curabant eleuare cor
nec deſiderium in celum. O dixit xp̄us ego fa=
ciam vos eleuare cor ⁊ intellectum in altum. et
cogitatōnes veſtras. quia ego aſcendam in ce=
lum. Jdeo poſt aſcenſionē totum cor ⁊ deſide/
rium ⁊ cogitatōnes eleuabāt ſurſum. Ecce ra/
tio quare fuit expediens nō ſolum ip̄is apoſtol'
⁊ diſcipulis. ſed etiam noƀ vt aſcenderet. quia
nullus curaſſet de celo ſed de ip̄o vbi eſſz Jſtaz
ratōnem ponit ip̄emet dicens apoſtol' flentib⁹
de ſuo receſſu. Ego veritatē dico vobis expe/
dit vobis vt ego vadā. ſi em̄ non abiero ꝑacli/
tus non veniet ad vos. Joh. xvj. Sup quo di=
cit glo. Bede. Expedit vobis vt forma ſui ve=
ſtris aſpectibus ſubtrahat̃. q̄tinus amor diui=
nitatis artius veſtris imp̄matur cordibus. Pa
tet ratio hui⁹ benedicte aſcenſionis. // Moral'r
habemus hic doctrinam arguendi ꝑ locū a mi=
nori. Si apoſtoli impediebant̃ a receptōe gra=
tiarum ſpūalium ex dilectōne xp̄i. quid erit de
nobis miſeris qui ita ardent̃ non diligim⁹ xp̄m
vt apoſtoli. ſed bona tranſitoria huius mundi.
ſcȝ diuitias. honores. officia. dignitates. dele=
ctatōnes carnis. que non ꝑmittunt eleuare itel
lectum in altum. ſed inferius in negocijs terre/
nis. Ecce qualit̃ ſumus impediti a receptōe bo
norum ſpūalium ⁊ ḡtiarum. propter hoc bona
huius mūdi diligenda ſunt cum ſale temperan
tie. Uerbi gratia. Diuitie huius mūdi talit̃ di=
ligende ſunt ne ex his ꝑdamus diuitias ꝑadiſi
incorruptibiles que nūꝗ̄ deficiēt. Jdem de ho=
noribus ne ex his ꝑdamus honores paradiſi.
O qualis honor eſt eſſe in ſocietate ſanctorum
angelorū archangelorū ⁊ ſupra. ⁊ eſſe cum pa/
triarchis ⁊c̃. Jdem de officijs ⁊ dignitatibus.
Jdem de delitijs huius mūdi. ne ex delitijs be=
ſtiarum ꝑdamus delicias ⁊ honores ⁊ delecta
tiones angelorū ⁊ ſanctorū. Si vos habetis bo=
nam vxorem. vel ip̄a mulier bonum virū debe
tis ip̄m diligere temꝑate. ne ex ip̄ius amore in
corde veſtro minuat̃ amor dei. Jdē de dilectōe
filiorum. ⁊ ſic de omnibus iſtis. Autoritas. No
lite diligere mundū ſupra nimis. nec ea que in
mūdo ſunt. quoniā omne quod eſt in mūdo cō=
cupiſcentia carnis eſt. Ecce hic peccatuȝ luxu=
rie. ⁊ cōcupiſcentia oculorū. Ecce hic peccatuȝ
auaricie. ⁊ ſupbia vite. Ecce hic peccatuȝ ſup=
bie ex honoribus. officijs ⁊c̃. j. Joh. ij. // Quan
tum ad ſecundū punctum. ſ. de practica hiſtori
ali quomō iſta aſcenſio fuit conueniēs. Ex quo
em̄ ſcimus ratōnem quare aſcendit videamus
modum quomō aſcendit. Non em̄ voluit ſtati
poſt reſurrectōnem in celū aſcendere. ſed q̄dra=
ginta diebus voluit in hoc mundo remanē. vt
ſuam reſurrectiōem ꝑ multa argumenta proba
ret ⁊ apoſtolos inſtrueret ⁊ doceret. ⁊ quadra=
geſimo die a ſua reſurrectiōe voluit aſcēdere in
celum. ꝓpter quod hodie bis apparuit diſcipul'
De p̄ma appritōne loquit̃ euangeliū. De ſecū
da epiſtola hodierna. Recumbentib⁹ vndecim
diſcipul' apparuit illis ibus. Marci. vlti. Salu
tans eos iuxta morem ſuū dicens. Pax vobis.
Et dixit eis ꝙ hodie volebat aſcendere celum.
ex quo compleuerat totū opus noſtre redēptio
nis. Hoc audientes apoſtoli inceperunt flere.
Et xp̄us. Si diligeretis me gauderetis vtiqꝫ.
quia vado ad patrem. Joh. xiiij. Domie gau/
demus de honore veſtro. ſed triſtamur quia di

mittis nos orphanos. nec poterant comedere p̄
triſticia. Ideo xp̄us amore eoꝝ̄ comedit vt ipi
comederent. Sed cōueſcens p̄cepit eis ab hie-
roſolymis ne diſcederēt ſed expectarēt promiſ
ſionem patris. Actuū. j. Et ſurrexerūt omnes
ꝛ pceſſionaliter iuerūt ad montem olіueti. Fm
quod dixerat eis ih̄s. ꝓpter hoc in multis locis
fit hec pceſſio. Cum autē fuiſſent in monte chri
ſtus viſibiliter apparuit eis. ꝛ ſalutauit matrez
ꝛ omnes alios dicens. Pax vobis. ꝛ dixit eis.
quomō pfecerat opꝰ ꝓpter quod venerat. Iō
volebat aſcendere in celum ad patrem. Uirgo
autē Maria que ſentiebat p̄ſentiam ſanctoꝝ
qui cum xp̄o debebāt aſcendere dicebat filio cū
lachrymis vt placeret ſibi qꝫ ꝛ ipa aſcēderet cū
eo. xp̄us vo tergens ſibi lachrymas dixit Ma
ter bn̄dicta vos remanebitis loco mei. conſola-
bitis apl̄os meos. quia ꝓpter ſapientiam quaz
dedi vobis deſtruetis hereſes que inſurgent.
ꝓpter hoc dicit̄ virgini Marie. Gaude virgo
maria cunctas heretes ſola interemiſti in vniū
ſo mundo. Item apoſtoli rogauerūt eum vt a-
ſcenderēt cum eo ne relinqueret eos orphanos
Qui dixit. euntes docete omēs gentes baptiſā
tes eos in nomine patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti. Do
centes eos ſuare omnia q̄cunqꝫ mandaui vob.
Matth. vl. Non dimittam vos orphanos. ec
ce ego vobiſcum ſum. ſ. in ſacramēto altarꝭ om-
nibus diebus vſqꝫ ad conſummatōnem ſeculi.
Matth. vl. Deinde dixit ſibi Maria magda-
lena. D. dn̄e ego eram magna baroniſſa. ꝛ mō
ſum paup. Ideo placet vobis qꝫ aſcendā vobi-
ſcum. Et chriſtus. vos eritis ſocia matris mee.
Cum autem eleuaret̄ a terra ꝛ cepiſſet aſcēdere
apoſtoli interrogauerūt eum dicentes. Domie
in tempe hoc reſtitues regnū iſrael. Actuum. j.
Domie venietis cito ad dandū regnum iſrael.
Reſpondit xp̄us. Non eſt veſtrū noſſe tempa
ꝛ momenta que pater poſuit in ſua poteſtate. ſꝫ
accipietis v̓tutē ſupuenientis ſpūſſancti in vos
ꝛ eritis mihi teſtes in hieruſalē ꝛc̄. Nota. Nō
eſt veſtrum ſcire determinate diem iudicij. ſed
indeterminate poſſumus dicere qꝫ cito ꝛ bn̄ ci/
to ꝛc̄. Cum aūt iam aſcenderet. ꝛ ipi in alto eū
reſpicerēt dixerūt. domie detis nobis bn̄dictō-
nem. Et eleuatis manibus bn̄dixit eis. Lu. vl.
Sicut ſacerdos poſt miſſam dat bn̄dictionē po
pulo. Tunc nubes ſuſcepit eum ab oculꝭ eoꝝ
Nō qꝫ ea indigeret ad aſcendendū ſed ad innu-
endum qꝫ omnis creatura eſt ſibi ſubiecta. Da-
uid dicit de deo patre. Omia ſubiecisti ſꝫ pedi
bus eius. Cum aūt xp̄us fuiſſet in celo. qꝛ ſubi
to aſcendit. ex quo apoſtoli nō viderūt eum, mi
ſit duos angelos ad apl̄os adhuc intuētes i ce-
lum. q̄ dixerunt eis. Uiri galilei q̄d ſtatis aſpi-
cientes in celum. hic ieſus q̄ aſſumptus eſt a vo
bis in celum, ſic veniet quemadmoduz vidiſtis
eum aſcendentē in celum. Actuū. j. Ecce practi
ca hiſtorialis quomō iſta benedicta aſcēſio fuit
conueniēs. ꝛ qualiter aſcendit ꝛ ſedet ad dexte
ram dei. ꝛ fuit cōpleta ꝓphetia Eſa. Uidi do-
minum ſedentē ſup ſolium excelſum ꝛ eleuatū
ꝛ plena erat omis terra maieſtate eiuſ. ꝛ ea que
ſub ipo erant replebant templum ꝛc̄. Eſaie. vj.
Tunc apoſtoli ꝛ diſcipuli adorātes regreſſi ſūt
in hieruſalem cū magno gaudio. ꝛ erant ſemp i
templo laudantes ꝛ bn̄dicentes deum. Lu. vl.
Moraliter hic cū dicit̄ adorantes ꝛc̄. habemꝰ
hic exemplum ꝛ inſtructōnem moralē eundi ad
eccl̄am ꝛ colendi feſta cuz gaudio ceſſando a ne
gocijs tempalibus. vt xp̄s quieuit in die reſur-
rectiōis. Et ſunt colenda pfecte quod innuitur
cum dicit̄. erant ſemp in templo. id eſt. pfecte.
plus em̄ ꝓficiunt bona veſtra ex bona obſerua
tione feſti q̄ꝫ ex veſtris laboribus. Tertio ſunt
colenda deuota mente cum dicit̄. laudantes et
benedicētes dominū. ſ. ſilentio audiēdo miſſaz
extra de emu. eccle. c. decet Sit ad eccl̄as humi
lis ꝛ deuotus ingreſſus. ſit in eis quieta cōuer-
ſatio deo grata. homibus placita ꝛc̄. Dicatur
contra loquētes in eccl̄a ꝛc̄. ¶ Quantū ad ter-
tium punctum. ſ. de vtilitate finali ab ipa ꝓue-
niente ex ipa. ſ. aſcenſione. Iſtam vtilitatem ſi-
ue fructuz declarauit ipemet dicens. In domo
patris mei manſiones multe ſunt. Si q̄ minus
id eſt aliquid minus dixiſſez vobis. quia vado
parare vobis locū. Si abiero ꝛ p̄parauero vo-
bis locum. iterū veniam ꝛ accipiam vos ad me
Joh. xiiij. Ecce hic vtilitas finalis prouenіens.
Nota manſiones multe ſunt nouez ordines an
geloꝝ quos Johannes vocat plateas. Apo
cal. xxj. Et platee ciuitatis aurū mundum tāqꝫ
vitrū ꝑlucidum.

¶ Primus ordo ſeu p̄ma platea ſtatim in igreſ
ſu eſt ſanctoꝝ angeloꝝ.

¶ Secunda archangeloꝝ.

¶ Tertia p̄ncipatuum.

¶ Quarta poteſtatuum.

¶ Quinta virtutum.

¶ Sexta dnminationum.

¶ Septima thronorum.

¶ Octaua cherubinorum.

¶ Nona ſeraphinoꝝ.

Iſtas manſiones xp̄s parauit. Ideo dixit. va-
do parare vobis locū. Nota maximā xp̄i hu-
militatem. Reges cōmuniter p̄mittūt nuncios
ꝛ ſcutiferos vt p̄parent locū. Sed xp̄s rex glo-
rie ipemet voluit ire ad parandū nobis locum.
Poſſet hic fieri argumentū in oppoſitum. Cuz
xp̄us dicat. Uenite bn̄dicti patris mei poſſide-
te paratū vob regnū a conſtitutōe mūdi Mat
thei. xxv. Quomō ergo dicit, vado parare vo-
bis locū? Reſponſio qꝫ hoc pōt intelligi dupl̄r
Uel p differentialē. ſ. diſtinctōez. vel p realem

poſſeſſionem. Quantum ad p̄mum a ↄſtitutōe
mundi iam patum erat. iuxta autoritatē Mat.
xxv. Venite bn̄dicti. Scd̄o aūt modo p realem
poſſeſſionem. hodie parauit ꝑpter realez diſtri
butionem ſanctoꝝ̄ q̄ cum xp̄o aſcenderūt in or
dinibus angeloꝝ̄ iuxta merita vniuſcuiuſq̨
qꝛ nunq̄ȝ antea intrauit aliq̄s vſq̨ hodie. ſ. an/
te xp̄i aſcenſionem. Dicat̄ practice quō quādo
fuit in celo cum ſanctis patribus tot milia ī pri-
ma platea. ſ. angeloꝝ. collocauit ibi illos q̄ in
hoc mundo fuierunt ſibi in penitētia quēlibet
in ſua cathedra. Jam erit ibi nomen cuiuſlibet
ſcriptum. ⁊ cuilibet imponēdo ſuam corona in
capite. Jn ordine archangeloꝝ̄ collocauit eos
q̄ ſibi fuierunt in operibus ſpūalibus. Jn ter-
tio ordine. ſ. p̄ncipatuum collocauit illos qui ſi
bi fuierunt in opibus miſꝭcordie. Jn q̄rto or/
dine. ſ. poteſtatuum illos qui ſibi fuierūt ī ma-
gna patientia in aduerſitatibus. Jn q̄nto ordi-
ne. ſ. ꝟtutum illos qui ſibi fuierunt in patiētia
non habendo malaꝫ voluntatē alicui ⁊c̄. Jn ſe
xto ordine. ſ. dominationū collocauit domios
terrenales. rectores ⁊ iudices. qui cum iuſticia
magna rexerunt cōmunitates ⁊c̄. Jn ſeptio or-
dine. ſ. thronorum illos qui amore ſui tenuerūt
vitam pauperem. Jn octauo ordine cherubin.
contemplatiuos qui habuerunt ſapientiā diui
nam. Jn nono ordine. ſ. ſeraphin charitatiuos
ardentes in dei amore. Ecce quomō intelligit̄.
vado parare vobis locum q̄tum ad realē poſ-
ſeſſionem. Xp̄s ꝟo ſup omnes ordines angelo
rum ſedet in ſolio ſuo ad dexteram qui clare vi
detur ab omnibus. Et ſic ptꝫ tertius punctus.
⁊ p conſequēs totus ſermo.

¶ Feria ſexta poſt Aſcenſionis. vel
de eodem feſto. Sermo ſecūdus.

Sic veniet quem
admodū vidiſtis eum aſcendentē in
celum. Actuū. j. Heri p̄dicaui vobis
quomō xp̄us aſcendit in celū. Modo autē vo
lo vobiſ declarare quō deſcēdet cito ad iudiciū
materia erit vtilis. Sed primo ſalutet̄ ꝟgo ma
ria. Pro declaratōe ⁊ introductōe huius ma-
terie p̄dicande ſciēduꝫ ꝙ in ſacra ſcriptura in-
ueniunt̄ duo xp̄i aduentus. ſm ꝙ erant due re
paratōes neceſſarie. Ex peccato em̄ ade huma
num genus incurrit duo mala.

¶ Primum in anima.
Secundū in corpore.

¶ Primo em̄ quādo anima p̄didit gratiaꝫ dei
incurrit ignorantias. Scd̄m in corpe. quia cum
labore oportet vitam acq̄rere. habere miſerias
tribulatōnes. ⁊ finaliter oportet nos mori pro/
pter h̄ duo aduentus chriſti legunt̄. Primꝰ eſt
p̄teritus quādo venit ad reparandū mala ani-
marum. Primo em̄ repauit mala animaruꝫ. ſi-
cut p̄mo venerant mala aīe q̄ȝ corporis. quia
omia peccata ⁊ culpas ⁊ defectus repauit p ſa-
cramentū baptiſmi ⁊ p alia ſacramenta eccleſie
Jgnorantias aīe repauit p legem euāgelicaꝫ
⁊ ſpūalem quam dedit dando aīe diūſas gra
tias ⁊ ꝟtutes. Jn iſto aūt aduentu non repauit
mala corporis. ſed adhuc cū labore ⁊ ſudore vi
uimus ⁊ etiam morimur. Sed in ſcd̄o aduentu
ſcꝫ quādo veniet ad iudiciū cito ⁊ in breui tunc
veniet ad reparandū mala corporis. quia tunc
reſurgemus cū corporibꝰ glorioſis iuuenes eta
tis triginta annoꝝ̄. ſine omni defectu labore et
dolore. immortales. impaſſibiles. De iſtis Au-
toritas. Apparebit in fine ⁊ non mentiet̄. ſi mo/
ram fecerit expecta eum. quia veniens. ſ. in pri-
mo aduentu veniet ſuple in ſecūdo ⁊ nō tarda-
bit. Abacuc. ij. Qualiter auteꝫ veniet hoc de-
clarat thema dicens. Sic veniet quēadmoduꝫ
vidiſtis ⁊c̄. Jn chriſti aſcenſione notaui ſex cir
cūſtantias ſeu conditiones.

¶ Prima ſociatio glorioſa.
¶ Scd̄a conclamatio vieroſa.
¶ Tertia congregatio copioſa.
¶ Quarta allocutio gratioſa.
¶ Quinta increpatio rigoroſa.
¶ Sexta retributio ꝟtuoſa.

Omnes iſte conditiōes ſimilit̄ erunt in xp̄i de-
ſcenſione ad iudiciū. igit̄. Sic veniet quemad/
modū ⁊c̄. patet tota materia in ſumma. ¶ Pri
ma ergo conditio vel circūſtantia que fuit ī cri-
ſti aſcenſione fuit aſſociatio glorioſa. quia non
aſcendit ſolus. ſed cū magna ſocietate glorioſa
omniū ſanctoꝝ̄ angeloꝝ̄. qui deſcenderūt ad
ſociandū regem eoꝝ̄ ⁊ omniū ſanctarū anima-
rum a p̄mo iuſto. ſ. abel qui mortuus fuit vſq̨
ad vltimū mille milia quis poſſet numerare. et
aliqui p̄cedebant ⁊ aliq̄ ſequebant̄. ⁊ xp̄s ibat
in medio quemadmodū fit in ꝑceſſiōibus. hec
vocat̄ aſſociatio glorioſa de qua dicit Bern̄. in
ſmone aſcenſionis. O digna iſta ꝑceſſio fr̄es
kariſſimi qua xp̄us cum animarū ſanctarū ⁊ ce
leſtium ꝟtutum triūphali pompa deductuſ eſt
ad patrem. Sic veniet in die iudicij. quia nō de
ſcendet ſolus. ſed omnes angeli deſcēdent cum
eo ⁊ omnes ſancti ⁊ ſancte. quia in iſta die eua-
cuabitur celum totum. Dicat̄ practica quomō
in die iudicij de mane xp̄s dicet ꝟgini Marie
matri ſue. Mater mea hec eſt dies iudicij. ido
deſcendamus ad iudicanduꝫ mundum. et vos
angeli p̄ncipatus ⁊ poteſtates p̄cedatis. ⁊ vos
patriarche. ꝓphete. apoſtoli. martyres. cōfeſ/
ſores. ꝟgines ⁊c̄. ſequimi. Et xp̄us cum virgi-
ne Maria in medio deſcendet. Sic veniet ⁊c̄.
De hoc ꝓphetia. Dominꝰ ad iudiciū veniet cū
ſenatoribus populi ⁊ p̄ncipibus. Eſa. iij. ¶ Nō
cum ſenatoribus id eſt. ſanctis. quia licet multi
eoꝝ̄ iuuenes fuerunt mortui. tamē dum viue/

rent gubernauerũt ſe vt ſenes. Item cum pˢnci-
pibus. id eſt angelis ſanctis qui ſunt principes
ad gubernandũ populũ ſuum. ergo Sic ve. ⁊c̃
Moralr̃ ecce in quãta platea manifeſtabun
tur opa veſtra. non ſolũ bona. ſed etiam mala.
omẽs cogitatões. locutões. opatões ⁊ omiſſi
ones. O q̃ta mala tunc diſcooperient̃. quia vo
luntate diuina ſolo intuitu videbunt̃ oĩa pec
cata. ⁊ dicet̃. O ecce traditor ille. ⁊ qualia opa-
tus eſt iſte. iuſte damnat᷒ eſt. Et qual' verecun-
dia erit. Multi reputant̃ h̃ boni ⁊ iuſti qui tũc
erunt damnati. ꝓpter hoc dicebat apl'us. Noli
te ante tp̃us iudicare quoadusq; veniat domi᷒
q̃ ⁊ illuminabit abſcondita tenebrarũ. ⁊ mani-
feſtabit conſilia cordiũ. j. ad Chor. iiij. Tũc ei
reſpiciẽt ⁊ dicẽt. O q̃s ille. nõ eſt ille tal' religio-
ſus. imo. O ribalde ipocrita. videbat̃ deuotus
⁊ ecce quomõ erat ꝓprietarius inobediẽs ⁊ ma
lus. Idem de clericis. de militibus. de doctori-
bus. de diuitibus. de vſurarijs. Idem de muli
eribus parientib᷒ ſecrete vel anteq̃ veniant ad
m̃rimoniũ. Ecce quomõ tunc iudicabunt̃ a bo-
nis. Ideo dicit. Nolite aũ temp᷒ iudicare. Re
gratiam mihi ſi dem vobis modũ ⁊ remediũ
cooperiendi peccata veſtra. ne illa die appare/
ant in confuſionem vr̃am. cooperiatis vos velo
penitentie. que q̃tuor ſpecies habet. ſiue q̃tuor
fruſta vel angulos. ſ. confeſſionem. ꝯtritiõꝫ ⁊c̃.
De hoc autoritas dauid. Beati quorũ remiſſe
ſunt iniquitates ⁊ quorũ tecta ſunt peccata. ſcꝫ
pallio penitẽtie. beati. ſupple erũt ĩ illa die. Iſta
remiſſio fit in confeſſione dicente xp̃o. Quorũ
remiſeritis peccata remittunt̃ eis. ⁊ quorũ re-
tinueritis retenta ſunt. Ioh. xx. Scd̃a ꝯditio ſi
ue circũſtãtia fuit ꝯclamatio ꝟtuoſae ſiue vice/
roſa. Dicat̃ ſimilitudo de rege q̃ miſit p̃mogenitũ
ſuum ad barbariẽ. qua capta cum magnis per-
iculis ⁊ plijs finaliter redijt ad patrem. in occur
ſu fit conclamatio tubarũ ⁊ gentium dicentiũ
viuat viuat. Ita ꝓprie fuit de domino ieſu xp̃o
dei patris p̃mogenito ⁊ vnigenito quem miſit
ad barbariem huius mũdi ſicut radius ſol' mit
titur a ſole. vt obtineret genus humanũ bella
uit contra demones ⁊ contra infideles ⁊ pecca-
tores. ⁊ fuit g̃uiter vulneratus. finaliter hodie
victorioſus redijt ad patrem. Iõ cogitate qual'
clamatio facta fuit. ſ. angelorũ ⁊ ſanctorũ. De
h̃ dauid in pſ̃. xvj. di. Aſcendit deus in iubila-
tione. ⁊ dñs in voce tube. Greg᷒. Iubilus ẽ ex-
ultatio mentis que non poteſt exp̃mi nec taceri
valet. Sic veniet quẽ ⁊c̃. Nam in die iudicij qñ
cũ ꝟgie maria ⁊ oibus ſctis angel' ⁊ alijs ſctis
deſcendet in aere. omẽs mortui ſubito reſurgẽt
diuina ꝟtute. Dicet em̃ xp̃s michaeli. Citẽtur
ptes ad iudiciũ. ⁊ ſtatim tuba ſonabit. Non in-
telligatis ꝙ illa tuba ſit alicui᷒ metalli vel eris
vel argenti. ſed dicit̃ ſimilitudinarie. qꝛ ſic tube
habent voces terribiles ⁊ mouent ſanguinẽ ho
minũ ⁊ equorum vt animent̃. Ita tũc erit vna
vox terribilis que ad q̃tuor ptes terre clamabit
dicens ſm̃ Hiero. Surgite mortui venite ad iu
dicium. In p̃mo puncto omnes mortui a p̃mo
vſq; ad vltimũ tam boni q̃ mali reſurgẽt in eta
te. xxx. annorũ. ſiue mortui fuerint ſenes vel iu-
uenes ſiue pueri in vtero matris mortui. q̃libet
anima tam bona q̃ mala aſſumet ſuum corpus
ꝟtute diuina. De hoc autoritas. Ipſe de᷒ ĩ iuſ-
ſu ⁊ in voce archangeli ⁊ in tuba dei deſcendet
de celo. j. ad Theſſa. iiij. Moral'r rogo vos ꝙ
cogitetis ꝓ bono ſtatu vite vr̃e. quõ erit terribi
le audire illam vocẽ que in celo ⁊ in inferno au
dietur. ⁊ omẽs terrebit. q̃d erit de peccatore in
illa die qualiter timebit? Sanctus Hiero. dice-
bat de ſe q̃ cogitabat de his. Siue comedã ſiue
bibam ſiue quid aliud faciam ſp̃ videt̃ ſonare ĩ
auribus meis illa terribil' tuba. ſurgite mortui
⁊c̃. O vos boni homies de quibus cogitatis ĩ
taberna ſi ibi eſt bonum vinũ. ⁊ alter in coq̃na
q̃d comedet. ⁊ alter in bordello ſi ibi eſt pulcra
putana. ⁊ alter quomõ poterit decipe alterꝫ ⁊c̃
Et ſic vadimus ad mortem inferni ſine timore.
vt capre ad macellum. Qualiter daret bonũ cõ
potum theſaurarius qui q̃tuor vel q̃nq; annis
diſpenſauit pecunias regis cui diceret rex. craſ
ſub pena mortis reddas mihi bonum cõpotuꝫ.
⁊ iſte nõ haberet aliquid in ſcriptis. Sic de no-
bis q̃ miniſtrauim᷒ plus q̃ theſaurarius regis
Prio em̃ cogitatões cordis ex q̃ habuiſti vſum
liberi arbitrij. De oibus oportet te reddere cõ-
potum deo. Item de ore. Item de omi ꝟbo bo-
no vel malo ſiue ocioſo. qꝛ ꝟbum ocioſum dici-
tur qd̃ non eſt bonũ nec malũ. de oibus oportꝫ
te reddere compotũ deo. Autoritas. Dico vob
quoniã de omni ꝟbo ocioſo quod locuti ſũt ho
mines reddent ratõeꝫ deo in die iudicij. Mat.
xij. Item de oibus que audiuiſtis. de oi paſſu
quem feciſtis. de omni motu manuũ ⁊ pedũ ⁊c̃
de q̃libet bolo panis. de qualibet tacia vini. et
de omibus bonis terrenis. diuitijs. hereditati-
bus ⁊c̃. De omibus gratijs a deo datis. de om
nibus habebimus reddere compotũ deo. ⁊ de
oibus iſtis habetis aliq̃d in ſcriptis? nihil. Qua
liter ergo debemus timere. qꝛ illa die celum et
terre tremebũt. Iõ orat eccl'a dicens. Liba me
dñe de morte eterna in die illa tremẽda qñ celi
mouendi ſunt ⁊ terra ⁊c̃. Remediũ eſt ſi vultis
eſſe ſine timore in illa die cuſtodiatis feſta. ex q̃
laboratis ſex diebus. quieſcatis in ſeptimo die
qꝛ ſic quieuit deus. Ideo dauid. In memoria
eterna erit iuſtus ab auditõe mala non timebit
pſ̃. cxj. Tertia conditio ſiue circũſtãtia fuit cõ-
gregatio copioſa. ſ. hoĩm ⁊ mulierũ in mõte oli-
ueti. Preſens fuit ꝟgo ſancta Maria cũ alijs
ſanctis mulierib᷒. apoſtoli ⁊ alij diſcipuli. Dic

apoſtolus.j.ad Chorin.xv.ꝙ viſus aſt pluſꝗ̃ q̃gentis fratribus ſimul q̃ ꝯuenerāt. Actuū.j. Nam in die iudicij omnes tam boni ꝗ̃ mali cō gregabunt in valle ioſaphat. Autori. In dieb⁹ illis ⁊ in tempe illo cum ꝯuertero captiuitatem iuda ⁊ hierl'm congregabo oēs gentes ⁊ adducam eas in vallē ioſaphat.⁊ ibi diſceptabo cū eis. Joelis.iij. Boni autē erunt a dextris .mali autē a ſiniſtris. Cum venerit filius hoīs in maieſtate ſua ⁊ omnes angeli cum eo. tunc ſedebit ſup ſedem maieſtatis ſue.⁊ congregabunt ante eum omēs gentes.⁊ ſepabit eos ab inuicem. ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis.et ſtatuet oues a dextris ſuis.hedos aūt a ſiniſtris. Mat thei.xxv. Moralit' iuxta dr̃am ouium ⁊ hedorum dilata ſicut tibi placuerit. Si vis vide de iſta materia in ſmonibus de aduentu domini. ¶ Quarta circūſtātia fuit allocutio grōſa.q2 dicit apoſtolus. Accipietis ꝟtutem ſupueniētis ſpūſſancti in vos.⁊ eritis mihi teſtes in hierl'm Actuū.j. Euntes in mundum vniūſum ⁊c̃. vel illud Marci. vlti. Ecce ego vobiſcum ſum vſ ꝗ ad conſummatōe3 ſeculi. Dico ꝙ ſic veniet. quia tūc multum gratioſe loquet bonis q̃ erūt a dextris.leta facie dicet eis vt mater filio.veni fili mi veni ⁊ dabo tibi fructus. Sic xp̄us dicet Uenite bn̄dicti patris mei poſſidete paratū vobis regnum a conſtitutōne mundi. Mat.xxv. Ecce allocutio xp̄i gratioſa. Moraliter nō applauſum xp̄i ad bonos diuerſimode iuxta diūſos ſtat⁹ hominū di. O benedicte veni tu q̃ ſeruaſti tuam religionem.⁊ ſic de alijs. Etiam boni eleuabunt in altum .ſ.in aera cū ſanctis. De hoc apoſtolus. Hoc em̄ vobis dicimus in verbo domi.quia nos q̃ viuimus qui reſidui ſum⁹ in aduentu domi. Et ſequit deinde. Nos q̃ viuimus qui relinquimur ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam xp̄o in aera. ⁊ ſic ſemp cum dn̄o erimus.j.ad Theſſa.iiij. ¶ Quita cōditio fuit repͥhendenda increpatō rigoroſa. ad increpanda peccata. de hoc dicit euangelium. Apparuit illis ieſus ⁊ exprobrauit incredulitatem illorū ⁊ duriciam cordis.quia his qui viderant eum ſurrexiſſe a mortuis non crediderant Marci vlti. Et ſic veniet ⁊ arguet dure. ⁊ icrepabit malos qui erunt a ſiniſtris eius di. Diſcedite a me maledicti in ignem ⁊c̃. Matth.xxv. Sicut dicit hō.imo quem vult expellere de domo ſua .diſcedite ⁊c̃. Moral' ītnota exprobratōnem xp̄i ad malos diūſimode iuxta diuerſitatem peccatorū. ibi tunc erunt tres planct⁹ ſflebiles. Primus erit iudeorū. Scd̄us agarenorum Tertius malorū xp̄ianorū. De pͥmo Zacha. in pſona xp̄i. Aſpicient in eum quē crucifixerunt ⁊ plāgēt ſup eū plāctu ⁊c̃. Zacha.xij. Scd̄o q2 agareni nō obedierūt xp̄o.cum tn̄ dicat machometus ꝙ credant euangelijs xp̄i. O qual' planctus ⁊ dolor erit tunc inter eos. De tertio dicet xp̄s peccatoribus ⁊ malis xp̄ianis. Diſcedite a me maledicti q̃ fuiſtis ſupbi. vani ⁊c̃. cū ego fuerim humil' ⁊ dederim vobis exemplum humilitatis. Idem de auaris.luxurioſis.iracundis ⁊ vindicatiuis ⁊c̃.pater inſurget contra filium ⁊ econuerſo. vxor contra virū ⁊ ecōuerſo. ⁊ q̃nto amores fuerunt hic maiores. tanto plus erūt inter eos dolores.fletus ⁊ ad inuicem pſecutiones. Ideo auiſemus ⁊ bona hora corrigamus nos. Ergo eſtote parati q2 qua hora nō putatiſ filius hominis veniet. Luce.xij. ¶ Sexta conditio fuit retributio virtuoſa.quia q̃n fuit in celo collocauit ſanctos patres in ſuis cathedris i ordinibus angelorum. Apl'us. Aſcendens xp̄us in altum.captiuā duxit captiuitatem. dedit dona hominibus. Ad Eph.iiij. Sic veniet. Primo em̄ retribuet malis dicens. Inferne api os tuū ⁊ deglutire omnes iſtos impios. hoc facto terra redibit in pͥmū ſtatū in quo fuit i pͥncipio mūdi. Tunc xp̄us cum ꝟgine Maria aſcendēt in celum pcedentibus angelis. ⁊ omnes beati ſequētur. Et quādo intrabūt celum ſancti q̃ non dum oculis corporeis viderunt celum dicēt. O domie tam pulchra res. Et xp̄s. cogitate quia ego cum patre ⁊ ſpūſancto certaui.⁊ precio ſanguinis mei care emi vobis regnum iſtud. O domine nō poterimus cogitare. ⁊ collocātur iter omnes ordines angelorum in ſuis cathedris. Autoritas. Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angel'. ⁊ tunc reddet vnicuiꝗ ſm opa eius. Matth.xvj. Dum ḡ tempus habemus opemur bonū ad omēs.maxie aute3 ad domeſticos fidei. Ad Gal'.vj. Ergo ſic ve.

¶ Sabbato de eodem. Sermo.

In ciuitate ſācti ficata ſimiliter requieui. Ecci.xxiiij. Materia quam volo modo predicare erit qualit' anima deuota ad inſtar xp̄i aſcendit in celum.⁊ habebimus bonas doctrīas Sz pͥmo ſalutet ꝟgo Maria. Uerbum thematis ē ꝓprie ꝟbum virginis marie.ſed appropriate eſt ꝟbum cuiuſlibet anime deuote euntis ad paradiſum ⁊ dicentis. In ciuitate ſanctificata .ſcilicet in gloria padiſi.ſimilit'.ſ.chriſto aſcendente requieui. Pro declaratōne huius verbi ⁊ itroductōne materie Sciendum ꝙ gloria paradiſi dicitur ciuitas ſanctificata. ¶ Ratio. quia gloria paradiſi eſt ordinata vt ciuitas hieruſale3 q̃ tribus muris erat circūdata. vt mitra pape vel impatoris que habent tres coronas.in pͥma clauſura ⁊ latiori habitabant laboratores. In ſcd̄a in altiori habitabāt milites ⁊ ꝓphete. In tertia erat templum domi ⁊ palaciū regis. ⁊ in ea habitabāt ſuitores dei.ſ. leuite ⁊ ſacerdotes Sic et in celo ſunt tres hierarchie quaſi tres muri.

In pͥma habitant qui in h mūdo vixerunt ſim‑
plicit in ſuitio dei. In ſcd̄a aūt magis pfecti et
ꝟtuoſi. In tertia altiori habitāt illi q̄ in h mun‑
do tenuerūt vitam apoſtolicā dimittentes diui
tias ⁊ honores tꝑales ꝑpter deum. ⁊ fuerūt ar‑
dentes in charitate dei ⁊ amore. Ecce ratio q̄re
gloria padiſi dicit ciuitas. cuius participatio i
idipſum. in pſ̄. Letatus ſum. Diceret aliquis.
Si ita collocati ſint in padiſo ſcḋm ſuperius ⁊ in
ferius. an vident omēs deum? Dico ꝙ ſic. Ideo
dicit. cuius participatio in idipm̄. Dicitur etiā
ſanctificata. id eſt in ſanctitate confirmata. In
hoc mundo nullus ſanctorū niſi xp̄us ⁊ virgo
maria fuerunt ſine peccato. Sed in padiſo ſunt
ita confirmati ꝙ nō poſſunt peccare. ideo omēs
ſunt ſancti. Autoritas. Ois q̄ relict⁹ fuit in ſyō
⁊ reſiduus in hierlm̄ ſanctus vocabit. Omnis
q̄ ſcriptus eſt in vita in hierlm̄. Eſa. iiij. Nota
omnis qui relictus fuerit in ſyon. Syon ſignifi
cat vitam p̄ſentem. in qua qui bn̄ vixerit de ſy‑
on veniet in hierlm̄. ſ. in viſionem pacis padiſi
de iſta ciuitate dicit thema in pſona anime ſan
cte. In ciuitate ſanctificata ⁊c. Nota q̄nq͂ i
aſcenſione xp̄i ad quorū ſimilitudinem aīa ſan‑
cta aſcendit in requiem ciuitatis ſupne. q̄ q̄nq͂
ſunt neceſſaria volenti aſcendere. ⁊ ex mōo exi‑
re. Primo q̄dem xp̄o affuerūt angeli celorum.
omēs anime ſanctorū. parētes. apoſtoli ⁊ diſci‑
puli ⁊ amici. De h legit figura Gen̄. xxxij. de ia
cob. quō ſolus receſſit de domo pr̄is. ⁊ cū bacu
lo in manu tranſiuit iordanem. ⁊ poſt mlt̄ū tem
poris rediens cum magna multitudie dixit In
baculo meo tranſiui iordanem iſtū. ⁊ nunc cum
duab⁹ turmis reuertor illuc ⁊c. Figura fuit cri
ſti flumen iordanis ſignificat paſſionem ⁊ mor‑
tem xp̄i. Ior. i. riuus. dan. i. iudicium. Iordan
id eſt riuus iudicij. Ecce mors xp̄i. ad quaꝫ ſta
tim natus incepit fluere. ⁊ ideo mō dicit riuus.
ij. Regū. xiiij. Omnes morimur. ⁊ quaſi aque
dilabimur ſup terram. Totū noſtrum viuē nō
eſt niſi mori. quia comedendo. bibendo. loquē‑
do. dormiendo vel ſtando cōtinue vadimus ad
mortem. ⁊ quaſi aque dilabimur. Dicitur autē
mors riuus iudicij. Ratio. q2 morimur dei iu/
dicio. quia ita diffinitum eſt dei iudicio ⁊ ſentē
tiatum a deo. vt nullus intret padiſuꝫ niſi p̄us
tranſeat hoc flumen mortis. intantū ꝙ nec cri/
ſtus nec virgo Maria beata fuerunt exempti.
Ideo Ecci. xlj. Noli metuere iudiciū mortiſ. ſ.
cogitando ꝙ euades. quia nullus euaſit. Me
mento que ante te fuerunt ⁊ que ſuperuentura
ſunt tibi. hoc iudicium a domio omni carni ⁊c.
Ido de morte dicit chriſtus. In baculo meo. ſ.
crucis tranſiui iordanem iſtū. ſ. iudiciū mortis.
quia nulla ſancta pſona mortua eſt cum eo. ſed
ipe ſolus ⁊ pauperrimus. quia nudus ⁊c. Nūc
autē in die aſcenſionis cum duabus turmis re‑
gredior. ſ. angelorū ⁊ patrum ſanctorū. Simili
ter in receſſu anime ſancte de hoc mundo quan
do aſcendit in celum habet duas ſocietates de
celo. Ecce quando pſona deuota que fecit ma‑
gnam ⁊ condignam penitentiā eſt in extremis.
angelus bonus qui eſt cuſtos. qui videt omnia
interiora ⁊ cognoſcit horam mortis. ſubito aſcē
dit in celum. ⁊ totus letus vadit ad cathedram
xp̄i ⁊ virginis Marie dicens bona noua. licet
xp̄us ſciat totum. tamen ipe interrogat iuſtum
⁊ impium dicens. quid eſt? Reſpondet angel⁹
Domine vna pſona p vos michi commiſſa tot
anni ſunt. modo laborat in extremis. vixit bene
⁊ ſancte. dicet ibi coraꝫ xp̄o omnia bona que fe
cit. qualis honor. Tunc chriſtus p̄cipit micha
eli. vt mittat quinquaginta vel centū milia an‑
gelos vt aſſociēt animam eius. angeli ꝟo pro/
pter amorem magnum quem habent ad nos of
ferūt ſe dicendo. domine ego ſum hic. mittatis
me ⁊c. Filij ꝟo vel parentes ſeu amici qui ſunt
iam in celo qui cognoſcūt angelum. vadunt ad
chriſtum dicendo. domine vos p̄cepiſtis bono
rare parentes. Ideo pater vel mater vel talis
amicus noſter modo eſt ad mortem infirmus.
Ideo de veſtra licentia ibimus ad aſſociandūꝫ
eum. ⁊ placet chriſto. ⁊ veniūt cum angelis. licꝫ
non videant a nobis carne impediente. tamen
tota camera eſt plena eorū p̄ſentia. ⁊ ſtatim ani
ma ſentit eorū p̄ſentiam. ⁊ quādo eſt extra cor‑
pus ſtatim videt angelos ⁊ animas clarius q̄
vos videtis me modo. ⁊ dicit. ⁊ vnde mihi tan
tus honor. ⁊ aſcendit cum eis in celum. Autori
tas. Ecce quomō computati ſunt iter filios dei
⁊ inter ſanctos ſors illoruꝫ eſt. Sapie. v. Talis
anima poteſt bene dicere. In ciuitate ſanctifica
ta ſimilit. non dico equalit chriſto aſcendēti re
quieuit Secus de anima impenitente q̄ non do
let de peccatis. nec confitetur. nec reſtituit. nec
remittit inimicis. ad talem non veniunt angeli
boni ſed demones. Dicat quomō illemet dia‑
bolus qui fecit eam peccare quādo eſt in articu
lo mortis vadit ad luciferum dicēs. Talis reli‑
gioſus clericus vel laicus. quem ego inclinaui
ad peccata modo eſt in articulo mortis. ido ha‑
beamus ſocietatem. Et lucifer mittit copiā de‑
monum. ⁊ anima ſtatim ſentit eorū p̄ſentiam. ⁊
nollet exire ⁊ reuertitur intus. Sicut em̄ crimi‑
nalis vel criminoſus nollet exire captōnem q̄n
debet duci ad furcam ſed cogitur. Ita tunc de
anima impenitēte. Autoritas. Vir qui errauit
a via doctrine in cetu gigantium cōmorabitur.
Prouerbio. xxj. Nota a via doctrine eundi ad
padiſum que eſt illa. Penitentiam agite. appro
pinquabit em̄ regnum celorum. Matth. iiij.
Qui em̄ ab iſta via declinauerit in fine in cetu

gigantium. id eſt demonum cõmorabitur. Jdo
ꝓ tẽpe faciamus penitentiã ſi euadere volu-
mus tam grandia futura mala. Secunda cõdi-
tio ⁊ ſimilitudo in xpi aſcenſione ⁊ aĩe eſt con
clamatio. xpus non cum ſilentio ſed cum laudi
bus tubarũ aſcendit. ſicut rex quando redit vi-
ctorioſus ad ſuum regnum a vaſallis ſuis fit ſb-
ito conclamatio. Jta poteſtis cogitare de xpo.
quãdo victorioſus de diabolo. de mũdo. et de
peccatoribus hodie ad ſuum regnum redibat.
Cogitate qualiť aer totus erat plenus choreis
angelorũ. ideo Dauid in pš. Omẽs gentes. di-
cit. Aſcendit deus in iubilatõne. ⁊ dominꝰ i vo
ce tube. Gregꝰ. Jubilus ẽ exultatio que nec ex-
pmi poteſt nec taceri valet. Similiť eſt de aĩa
ſancta ⁊ deuota. non dico equaliť quãdo aſcen
dit in celum. Scitis qualiť aſcendit queadmo-
dum depingiť Maria magdalena quãdo ele-
uabatur ab angelis in aere. Jta de anima ſãcta
aliqui angeli pcedunt. aliqui comitanť. aliqui
ſequunť. Jdem de filijs paruis qui veniũt ani-
mam aſſociare. de quibus deberetis facere ma
gnum feſtum ⁊ gaudium quando moriunť. Et
vos ploratis qđ non deberetis facere. ⁊ ſancta
anima aſcendit letabũda. Et ſi placeat ſibi taliſ
honor. tamẽ dicit. Non nobis domĩe nõ nobis
ſed nomini tuo da gľam. Angeli aũt cantãt vnã
cantilenam habẽs tres verſus ſm tres ṽtutes
neceſſarias ad ſalutem ſiue ſaluatõem. Prima
ṽtus eſt recedere a peccatis ⁊ ab omĩ occaſione
peccandi. Jſta ṽtus eſt penitẽtia. ꝓpter hanc
cantant angeli pmam cantilenã dicentes. Felix
dies. felix hora. felix tempus. felix mora in qua
peccata dimiſiſti. Cogitate quantũ gaudiuʒ eſt
ipſius anime. Secunda ṽtus neceſſaria eſt obe-
dientia. modicũ eſſet recedere a peccatis niſi ho
mo ſuaret bonũ ꝓpoſitum. ⁊ ſuaret dei prece-
pta. Uerbi gratia vt religioſus ſuet ſuaʒ regu
lam ⁊ cerimonias. ꝓpter hanc cantant ſecũdaʒ
cantilenam. Felix dies. felix hora ⁊c̃. in q̃ chri-
ſto adheſiſti. Tertia ṽtus pſeuerantia. in iſta
compleť totum noſtrum gaudiũ. ꝓpter hãc cã-
tant tertiam cantilenam dicẽdo. Felix dies. fe-
lix hora ⁊c̃. in qua penitentiam compleuiſti. et
ſic anima aſcendit. Factum eſt autẽ vt morere-
tur mendicus ⁊ portareť ab angelis. Nota an-
gelis in plurali i ſinu abrae. Lu. xvj. Secus eſt
de anima peccatrice ⁊ impenitente. qua exeũte
a corpore ſtatim demoneſ ſunt ibi. ⁊ faciũt ſicut
venatores ad venatõnem porcorũ faciũt. quia
totum nemus reſonat de illo ſtrepitu ſiue ꝑcre-
patione cornuum tubarũ ⁊ latratuũ canuʒ. Au
toritas. Jnfernus ſubtus cõturbatus eſt in oc-
curſum aduentus tui. ſuſcitabit tibi gigantes.
Eſa. xiiij. Et loquebať cuidam homi male vite
Jllam turbatõnem poteſtis intelligere ad iſtar
ville ad quam ſubito veniũt agareni ſiue inimi
ci ad capiendum eam. qualť turbatio eſſet in vil
la. Jdeo auiſetis vos. Tertia ſimilitudo vt di-
cit Auguſtinus chriſto aſcendente fuit. ꝙ maxi
mum terrorem incuſſit demonibus mediam re-
gionem inhabitãtibus. Nota hic declaratõem
tubarũ ⁊c̃. Sed chriſto aſcendente fugerunt ti-
more concuſſi. et fugiũt qui moranť in nemore
quando ſentiũt regem inde trãſire. De hoc di-
cit Dauid. Exurgat deus. ſ. aſcendendo. ⁊ diſ-
ſipenť inimici eius. et fugiant qui oderunt euʒ
a facie eius. pš. lxvij. Augꝰ. Aſcendẽte chriſto
pauet omne celũ. miranť aſtra. plaudet agmia
tuba ſonat ⁊c̃. Similiť de anima ſancta. Poſt-
q̃ eñ xpus aſcendit. demones redierũt ad ſuũ
locum dicendo xpo. Non potuimus cõtradice
re ne tranſiretis. ſed de cetero videbimus quis
tranſibit. Sic cum anima ſancta cum ſocietate
angelorum aſcẽdit ſimiliť demones fugiũt. Cõ
templare hic quãdo anima videt demones fu-
gientes ⁊ cognoſcat eos qui eam temptauerũt
dicit cuilibet nominãdo eum. O tu traditor le-
uiathan tu temptaſti me de ſupbia. o pditor ni
ſi dominꝰ iuuiſſet me fuiſſem damnatꝰ. et ſic de
alijs. Ex quo eſt iam ſecura de gloria ⁊ bene aſ-
ſociata deridet eos. ipi ṽo fugiunt. Autoritas
Turbabunť gentes. ſupple infernales. ⁊ time-
bunt qui habitãt terminos a ſignis tuis exitus
matutini ⁊ veſperi delectabis. pš. lxiiij ¶ No-
ta qui habitant terminos. ſ. in media regione.
quia omne mediũ eſt terminus extremorũ. a ſi-
gnis tuis. ſ. gratie ⁊ glorie ⁊ ṽtutum ipſius ani-
me. Exitus matutini ⁊ veſpi de finibus huius
vite. quia finis diciť matutina ⁊ veſpere diuer
ſis reſpectibus. diciť matutĩa. quia tunc oritur
claritas glorie anime ſancte. Et diciť veſpere.
quia eſt finis huius vite. Totaliter ſecꝰ de ani-
ma iniqua ⁊ impenitẽte eſt. quãdo deſcẽdit ad
infernum demones deridẽt eam. dicentes mo-
do ribaldi. quia aqua baptiſmi pdita fuit i vo-
bis ⁊ etiam criſma. ⁊ ſanguis redemptoris ⁊ ſa
cramenta. De hoc autoritas. Si preſtes anime
tue cõcupiſcentias eius faciet te in gaudiũ ini-
micis eius. Ecci. xviij. ¶ Nota in gaudium. ſ.
falſum ⁊ malicioſum. quemadmodũ gauderet
ille qui ſuſpendiť ſi pmo videret ſuſpẽdere ini-
micos ſuos. Quarta conditio fuit chriſto aſcẽ-
dente. quãdo eñ fuit ad portas padiſi que erãt
clauſe ex peccato ade. tunc omnes turbati ſunt
quãdo angeli q̃ pcedebant clamauerunt dicen-
tes. Attollite portas pncipes veſtras ⁊ eleuami
porte eternales. ſ. ex longa duratõe. ⁊ introibit
rex glorie. pš. xxiij. Et licet iam ſcirẽt quis erat
tamen ex admiratõe reſponderũt. Quis eſt iſte
rex glorie ⁊c̃. Tunc xpus intrauit cum ſanctis
animabus. Jdeo beatꝰ Stephanus q̃ poſt xpi

aſcenſionem fuit paſſus clamauit dicens. Ecce
video celos aptos. ⁊ ieſum ſtantem a dextrꝭ dei
Poſtq̄ xp̄us celū intrauit porte celi clauſe ſūt.
ſed non ita fortiꝰ vt p̄us. Autoritas. Cū intra/
uerit paterfamilias ⁊ clauſerit oſtiū incipiēt fo
ris ſtare ⁊ pulſare oſtium ⁊ dicere. dn̄e domine
aperi nobis. Lu. xiij. Sic quādo anima ſancta
aſcendit ſimiliꝰ porte ſtatim aperiunꝰ. ⁊ dicitꝰ ſi
bi a xp̄o. Euge ſue bone ⁊ fidelis. quia in pau=
ca fuiſti fidelꝭ ſupra multa te conſtituaꝫ intra in
gaudium domi tui. Mat. xxv. ¶ Nota i pau=
ca fuiſti fidelis. quia bona que facimus in hoc
mundo ſunt pauca reſpectu glīe que datꝰ bonis.
Fidelis dicitꝰ quia in bonis q̄ fecit noluit bono
rem p̄prium. ſed honorem dei. quia bona ope/
ra facta iuſta ⁊ recta intentōne faciūt hominem
fidelem. Secus de anima peccatis infecta quā=
do venit ad portas inferni. ⁊ videt illa horribi=
lia tormenta. tunc aperitꝰ gula inferni ⁊ aīa cla=
mat. O miſera. dicūt demones ad inuicem. ha=
beatis vobis iſtū peccatorem. quia vita veſtra
meretꝰ iſta. De hoc autoritas. Dilatauit infer=
nus animā ſuam ⁊ aperuit os ſuū abſq; vllo ter
mino. Eſa. v. Quinta conditio xp̄o aſcendenti
fuit ſolēniꝰ feſtiuatus. qualiter aūt fuit receptꝰ
a deo patre ⁊ ſp̄uſancto nō poteſt linguis decla
rari. ſed deuote pſone p intellectum poſſūt hoc
contemplari. qualiꝰ fuit receptuſ a deo patre h̄
fuit relatum Danieli qui dixit. Ecce cum nubi=
bus celi quaſi filius homis veniebat. ⁊ vſq; ad
antiquum dierū puenit. ⁊ in conſpectu eius ob
tulerūt eum. ⁊ dedit ei poteſtatem ⁊ honoreꝫ ⁊
regnum. ⁊ omnis populus tribus ⁊ lingue ſui=
ent ei. Danielꝭ. vij. ¶ Nota Ecce cum nubibus
celi quaſi filius homis veniebat. ſ. ſm humani
tatem. quia inq̄tum deus ſemp erat in celo ⁊ in
terra vt radius ſolis. quia licet veniat in hunc
mūdum ad illuminandū. calefaciendū ⁊ fructi
ficandum. tamen nō recedit. ita de xp̄o ſm diui
nitatem. ſed dicitꝰ aſcendere ſm humanitatem
⁊ quādo fuit coram deo adorādo eum inq̄tuꝫ
deus. equalis eſt deo patri. dixit. Manifeſta=
ui nomen tuum homibus quos dediſti michi.
opus cōſummaui. Joh. xvij. Reſpōdit ſibi pa
ter. Tu es filius meus dilectus in quo mihi be=
ne complacui. Lu. iij. Item ſp̄uiſancto eū ado
rando dixit inq̄tum homo. Sp̄us domini ſup
me. quia inq̄tuꝫ deus equalis eſt. p̄pter quod
vnxit me. euāgelizare paupibus miſit me. ſana
re cōtritos corde. p̄dicare captiuis remiſſioneꝫ
⁊c̄. Luce. iiij. Reſpondit ſp̄uſſanctus. Specio
ſus forma p̄ filijs hominū. diffuſa eſt gratia i la=
bijs tuis. pſ̄. xliiij. Tunc a patre ⁊ ſp̄uſancto fu
it collocatus ad dexterā in cathedra glīe ſup om
nes creaturas. Deinde venerunt ſancti angeli.
vt vaſalli facientes reuerentiā regi. adorando
xp̄m dicendo. Bn̄dictio ⁊ claritas ⁊ ſapiētia ⁊
gratiarū actio honor v̄tus ⁊ fortitudo deo nr̄o
in ſecula ſeculorū Amē. Apoca. vij. Qui reſpō
dens ait. Vos eſtis adminiſtratorij ſp̄us in mi=
niſterium miſſi p̄pter eos q̄ hereditatē capiunt
ſalutis. Ad Hebre. j. Deinde omēs aīe ſancto=
rum q̄ cum eo aſcenderūt. vt ade ⁊ oim patriar
charū ⁊ p̄phetarū ⁊c̄. adorantes xp̄m dixerūt
Dignus es dn̄e accipe librum ⁊ apire ſignacl'a
eius. qm̄ occiſus es ⁊ redemiſti nos in ſanguie
tuo. Apoca. v. Reſpōdit xp̄s dicens. Vos eſtꝭ
genus electum regale ſacerdotiū. gens ſancta.
pp̄l'us acquiſitōnis. vt v̄tutes eius annūcietis.
q̄ de tenebris vos aduocauit in admirabile lu=
men ſuum. j. Petri. ij. Ecce hic vnum modū de
receptōne facta xp̄o aſcendente. Siľr anime ſā=
cte non dico equaliter. quādo em̄ anima ſancta
intrat celum empirreū tranſit p ordines angelo
rum. angeli ⁊ ſancti qui ſtāt in illis pallacijs cor
poralibus non de materia terreſtri ſed celeſti re
ſpicientes p feneſtras ſuas omēs ſalutātes ani=
mam intrantem dicēt. O benedicta anima. bn̄/
dicta dies in qua penitētiam feciſti. reſtituiſti.
remiſiſti. Anima reſpondit. Non nobis domie
non nobis. ſed nomini tuo da gloriam. ⁊ ſic per
ducitꝰ vſq; ad xp̄i cathedram. vbi adorat xp̄m
regratiando ſibi. quia ipſam pduxit ad debituꝫ
finem. ⁊ ibi coronatꝰ a chriſto quemadmodū de
pingitꝰ v̄go Maria quādo coronatꝰ a xp̄o. iux̄
illud. Veni electa mea veni coronaberis. Au=
toritas. Juſti in p̄petuum viuent. ⁊ apud dn̄m
eſt merces eorū. ⁊ cogitatio illorū apud altiſſi=
mum. Ideo accipiūt regnum decoris ⁊ diade=
ma ſpeciei de manu domi. Sapi. v. O quale fe
ſtum fit tunc in celo ⁊ tripudia ab angelis dei.
Autoritas. Dico vobis gaudiū eſt in celo ſup
vno petōre pn̄iam agente. Lu. xv. Quātoma=
gis ſup vno peccatore penitentiam complente
Secus de anima damnata impenitente aliō fe=
ſtum fit ſibi in inferno. vt dn̄s cuſtodiat nos ab
iſto feſto. de quo Eſa. xiiij. Omēs p̄ncipes ſur
rexerunt de ſolijs ſuis. omnes p̄ncipes nationū
vniuerſi reſpondebūt ⁊ dicent tibi. ⁊ tu vulne=
ratus es ſicut ⁊ nos noſtri ſimilis effectꝰ es. de=
tracta eſt vſq; ad inferos ſupbia tua cōcidit ca=
dauer tuum. Subter te ſternetꝰ tinea. ⁊ opimen
tum tuum erunt vermes.

Domica infra octauas Aſcēſionis. Sermo. j.

TAle teſtimoniuꝫ
phibebit de me. Verbū iſtud habetꝰ
textualiꝰ Joh. xv. ⁊ officiatꝰ in euan
gelio hodierno. Sermo nr̄ erit de ſctō euange=
lio p̄ntis dn̄ice ſingulariꝰ de v̄bo propoſito p̄
themate. ⁊ habebimꝰ mľtas bonas doctrias ad
peccatorū correctōꝫ ⁊ vite inſtructōꝫ. Sed pri=

mo ſalutetur ꝟgo Maria. ¶ Pro declaratõne
huius ꝟbi ⁊ ꝓſecutõne totius materie nr̃i ſer-
monis ſciendum ꝙ deus dans doctrinam et re
gulam ⁊ legem omnibus iudicibꝰ mundi. quo-
modo ſe debeat regere ad puniendū ⁊ corrigẽ
dum peccata dixit. non ſtabit teſtis vnus cõtra
aliquem. quicquid illud peccati vel facinorꝪ fu-
erit. Sed in ore duorũ ⁊ trium teſtiũ ſtabit om-
ne verbum. Deutro. xix. Ratio huius legꝪ eſt.
quia quãdo vna ſola pſona teſtatur cõtra aliã
⁊ alia negat equales ſunt. Iudex non plus ha-
bet ratõnem condemnandi ꝙ̃ ſoluẽdi. Sꝫ quã-
do ſunt duo teſtes contra vnum. tunc vnus eſt
conuictus. ſi ſint tres teſtes melius. iam iudex
poteſt eum condemnare. Ideo dicit. in ore duo
rum aut trium teſtium ⁊c̃. Ecce legem quã de
dit ⁊ ſicut dedit illã alijs iudicibus Ita etiam
vult eam ſuare. Nam anteꝙ̃ anima intret pa-
diſum ſi ſit bona. vel infernum ſi ſit mala. vel
purgatorium. ṗmo venit ad iudicium chriſti. ⁊
ibi iudicaꝛ̃. Autoritas. Statutum eſt hominibus
ſemel mori. poſt hoc aũt iudiciũ. Ad Hebre. ix.
In ṗmo enim iudicio chriſtus ꝓcedit ꝑ legem
datam alijs iudicibus. ſ. cũ duobus aut tribus
teſtibus cõtra reũ. ⁊ ſm ꝙ teſtes ſunt ꝓ anima
vel contra animã ipa iudicaꝛ̃. Primus teſtis ẽ
conſciẽtia ꝓpria humanalis. Secũdus bonus
angelus celeſtialis. Tertius eſt ieſus iudex vni
uerſalis. de quolibet iſtorũ dicit thema. Ille. ſ.
ṗmus vel ſecũdus vel tertius teſtis teſtimoniũ
ꝓhibebit de me. ꝓme vel contra me. ¶ Dico ṗ
mo ꝙ ꝓpria conſciẽtia humana eſt teſtis. quia
conſcientia homis eſt liber in quo ſcribunꝛ̃ om-
nia bõa vel mala que homo facit. quãdo hõ fa-
cit aliquod bonũ opus illud opus tranſit. ſꝫ re-
manet ſcriptum in libro conſciẽtie. verbi gratia
Credo ꝙ q̃libet noſtrū hodie orauit poſtꝙ̃ fu
it indutus genibus flexis. etiam illud opus iã
tranſiuit. tamẽ remanet ſcriptum in libro cõſci-
entie ad teſtificãdum in iudicio. Idem ſi hodie
feciſtis elemoſynã. ſi deuote ⁊ cum ſilentio au-
diuiſtis miſſam. Idem ſi ſalutaſtis aliū bono
corde. ⁊ ſic de alijs. Iſta opa tranſeunt. ſꝫ rema-
nent ſcripta in libro cõſcientie. Autoritas. Cū
gentes que legē non habẽt naturaliter ea que
legis ſunt faciũt. huiuſmõi legem nõ habentes
ipſi ſibi ſunt lex. que oſtendunt opus legis ſcri-
ptum in cordibus ſuis. Ad Roma. ij. Idē de
malis operibus dicas. Dixiſti hodie aliquod
mendaciũ illud iam trãſiuit. ſed remanet ſcp̃tũ
in libro conſciẽtie ad teſtificandum contra te in
iudicio. Idem ſi iuraſti ꝑ deum ⁊ vitupaſti ali
quē. vel locutus fuiſti in miſſa. ſi es religioſus
qui ſilere in menſa debes. vel reſpexiſti mulierẽ
diſcurrendo ꝑ villã vel ciuitatem vel in eccl̃a.
Autoritas. Impfectum meum viderunt oculi
tui ⁊ in libro tuo omnes ſuple defectus ſcriben-
tur. pſ̃. cxxxviij. ¶ Nota impfectum meū ⁊c̃.
quaſi diceret. domĩe quãdo ego peccabam. cre
debam facere peccata ſecrete. abſcondendo me
a gentibus. ſed tu domine vidiſti ⁊c̃. Et i libro
¶ Tertia eſt ꝯſiliū rōnalis. Conſiliuz ſumitur h̄ ꝓ ꝯcluſione ꝯſilij qn̄ in ꝯſilio vnus dicit hoc et alius aliter qn̄ dominꝰ cui datur conſiliū de omnibus eligit qd̄ melius eſt. illud dicit̄ cōſilium qd̄ eſt donū ſpūſſancti. Ita cōſilium ſpūſſancti eſt inter multa bona ſcire eligere meliora ⁊ iter duo mala ſcire minꝰ malū eligere hoc ē a dono ſpūſſancti qd̄ vocat̄ ꝯſilium. Regula eſt phi ꝙ de duobꝰ bonis melius eſt eligēdū. ⁊ de duobꝰ malis maiꝰ vitandū eſt. verbi gr̄a. bonū eſt in h̄ mūdo habere bonū honores dignitates diuicias officia ⁊c̄. Itē bonū eſt in alio mūdo habere bonū eſſe in paradiſo ⁊c̄. Modo cōꝑando qd̄ eſt melius bonū hoc vel illud. Dico ꝙ bonū huius mūdi modicū valet reſpectu boni alterius. qꝛ honores officia dignitates ⁊c̄. huius mundi modicū durant ⁊ nō ſunt niſi vmbra. bonū aūt alterius mundi eſt infinite duratiōis. Ideo cōſilium ſpūſſancti eſt ſcire eligere maius bonum ne iſto bono perdamꝰ illud. ne accidat nobis vt ſemel multis dominis accidit in quadā ciuitate in qua dominabant̄ ſolū ꝑ annuz. ⁊ poſt mittebant̄ in exilium. ipi vero vt ſtulti quādo erant in dominio cogitabant dicendo ex quo tam modicū durat dominiū meū. ꝓ certo volo delectari ⁊ trāſacto anno exulabant ⁊ moriebāt̄ fame. Fuit vnꝰ prudens q̄ in anno dominij ſui voluit abſtinere a multi. ⁊ q̄cquid poterat habere mittebat ſecrete ad inſulaz in q̄ poſt debuit exulare vt ibi ꝯ̄ illis viueret. vbi cū alij morerent̄ fame ſibi fuit optime ꝓuiſū. ita ē de honoribꝰ ⁊ diuicijs ⁊ dominijs huiꝰ mūdi ꝙ nō durāt niſi ꝑ annū. imo talis credit viuere ꝑ annū q̄ cras ſepelietur. vita aūt ⁊ honores alteriꝰ mūdi eternalit̄ durāt. ⁊ ſine fine. Cogita ergo ſtulticiā de illo q̄ dicit modo pro certo ego volo delectari ⁊c̄. Et poſt ibitis in exiliū cū diuite epulone Ideo recipiamꝰ ꝯſiliū ſpūſſancti abſtineamus h̄ ⁊ reſtringamꝰ nos ⁊ mittamꝰ in aliū mūdū quicq̄d poterimꝰ ꝑ elemoſynas penitētias et alia bona oꝑa De cōſilio dicit ſcriptura. Fili ſine cōſilio nihil facias. ⁊ poſt factum nō penitebis. Ecci. xxxij. O quot reges p̄lati ⁊ domini penitēt modo i inferno. Sz nō eſt in eo remediuz. Ideo dicit. Fili ſine ꝯſilio ⁊c̄. Item de duobꝰ malis ꝯſilium ē ſcire vitare maius. v̇bi gr̄a. ſi aliq̄s criminoſus eſſet cōdēnatus a rege vt induat̄ tunica ferrea ignita vel tunica ſtupea. nunq̄d eſſet ſtultꝰ ſi dimiſſa tunica ſtupea vellet induere tunicā ferream ignitā. Iſtam diſiunctiuā ꝓponit nobis deus. qꝛ omnes ſumus criminoſi et peccatores vt recipiamꝰ tunicā de ſtupa que eſt penitentia leuis q̄ fit in hoc mūdo. vel tunicā ferreā ignitam ſcz penam ⁊ damnationē eternam. Autoritas. Dico ꝙ niſi penitentiam egeritis omnes ſimul ꝑibitis. Luc. xiij. Ecce hic virtualiter dicta diſiūctiua. de illis autē qui neglecta tunica ſtupea ſcz penitentiā. dicit ſcriptura. Gens abſqꜫ conſilio ⁊ ſine prudentia vtinam ſaperent ⁊ intelligerēt ac nouiſſima ꝓuiderēt Deut. xxxij.

¶ Quarta eſt fortitudo internalis ſcilicet de anima. naz gratia ſpūſſancti que dicitur fortitudo nō i corpore conſiſtit ſed in anima. quia de fortitudine corporali nō eſt gloriandū. quia beſtie excedūt nos. verbi gratia. de iſtis qui ſciunt ſaltare ⁊c̄. cerūs vel cattus vincet vos. Et vos luctatores vrſus vincet vos. de curſoribus vnus lepꝰ vincet vos. ꝯ̄ velocitate vnicornis vincet vos. Tales fortitudines corporales non ſunt donū ſpirituſſancti. Sed fortitudo que eſt donū ſpūſſancti eſt ſpūalis in anima ſcire reſiſtere ⁊ tenere ſe fortiter contra diaboli temptatiōes. contra mūdi occaſiones. ⁊ contra carnis inclinatiōes. verbi gratia. venit tēptatio dicēs: q̄re tu ibis vt talis ⁊c̄. Reſiſtere nec curare qd̄ dicūt gentes. qꝛ verba non ſūt niſi ventus. debilis eſt turris qui a vento ruitur. Idē de mulieribꝰ quādo tēptantur dicendo. ego portaui tm̄ ꝯ̄ dote ⁊ adhuc nō feciſti mihi veſtes. talis q̄ nō portauit tantū habet veſtes ⁊c̄. Itez contra occaſiones mūdi fortes eſſe debemus eas vitando. Item cōtra carnis temptatiōes fortitudo eſt reſiſtere. Cogita o miſer ꝓpter delectationes beſtiales perdam delectationes paradiſi. abſit. Gregꝰ. Breuis ē voluptas fornicationis ſed ꝑpetua pena forni-

tationis Gregꝰ. Momentaneū eſt qđ delectat ſed eternū quod cruciat. Iſta fortitudo ē donū ſpūſſancti de iſto ſe appreciauit. Dauid. ⁊ nō de corporali lʒ fortiſſimus. qꝛ adhuc puer cuſtos ouiū interfecit vrſum leonē ⁊ goliam. tamē non appreciauit ſe de iſta fortitudine corporali. ꝫ de ſpirituali dicendo. Fortitudinē meam ad te cuſtodiam. quia deus ſuſceptor meus es. vt habetur in pſalmo qͥnq̄geſimooctauo. Sʒ de nob iā verificatur illud. Et erit fortitudo veſtra. vt fauilla ſtuppe. ⁊ opus veſtrū quaſi ſcintilla et ſuccēdetur vtrūq; ſimul et non erit qui extinguat. Eſa. i. ¶ Nota hic moraliter de multis qui audiunt aliquem bonū ſermonē ⁊ recipiunt bonum ꝓpoſitum bene viuendi ⁊ poſt ſtatim dimittūt tales non ſunt fortes. verbi gratia. de vſurario qui ꝓponit ſatiſfacere. ⁊ quādo videt florenum dimittit. Ecce fauilla ſue ſtuppe Itē de iſtis qui tenent aliquam malā mulierē concubinā. quando in ſermone audiūt laudare caſtitatem vł punitionē que fit de luxurioſis ꝓponunt recedere ab ea. ſed quādo ipa incipit flere nihil fit. Item de illo qui ꝓponit parcere inimicis propter bonum ſuum ⁊ defuncti. Sed quādo dicit ſibi vere dicēt quia eſtis effeminatus vel iudeꝰ ⁊c. Ecce quare dicit eſaias Et erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppe ⁊ opus veſtrum quaſi ſcintilla et ſuccēdetur vtrūq; ſimul ⁊ nō erit qui extinguat ⁊c. Amore dei ſimꝰ bn̄ fortes ne ſimꝰ de ſtuppa.

¶ Quinta eſt ſcientia moralis que conſiſtit i practica. non credatis ꝙ iſta gratia conſiſtat in ſciētia ſpeculatiua. ſed in practica ſcʒ in ſcire ſe gubernare irreꝑhenſibiliter ad intra ⁊ ad extra. a dextris ⁊ a ſiniſtris. ante ⁊ retro. ſuperiꝰ ⁊ inferius. Ecce hic octo diuiſiones in qͥbꝰ oportet ſcire bn̄ regere ⁊ gubernare. ¶ Primo ad intra ſcʒ in aīa. ⁊ ibi incipit gubernatio corporis. quia iuxta gradū veſtrū in anima habetis ſcientiā. verbi gratia. ſi eſtis p̄latus dicit ſanctus Thomas ꝙ tenemini ſcire etiā illa que poſſunt facere difficultatē in ſancta ſcriptura. Curati aūt vt ſciāt miniſtrare ſacramenta. Clerici ſimplices intelligant ad minꝰ gramaticaliter qđ legunt. laici tenent ſcire duodecim cōcluſiones ſiue articulos fidei. ſcilicʒ Credo in deū. Et ſm̄ cōſilium beati Hieronymi dicere quolibet mane ⁊ ſero cū ꝓteſtatione quaſi miles qui facit homagiū regi Ergo cuſtodi temetipm̄ ⁊ aiaʒ tuā ſollicite Deut. iiij. ¶ Scđo ſcire oportet ſe gubernare a dextera ſcʒ in corpore. Qui enī habet gratiaʒ ſpūſſancti taliter ſe ſcit gubernare ꝙ in nullo ſcandalizat ꝓximū. nec geſtu. nec i inceſſu. nec ꝟbo. nec opere Ideo Augꝰ in regula clericoꝝ In inceſſu ſtatu habitu et in omnibꝰ motibus veſtris nihil fiat ꝙ cuiuſq; offendat aſpectum. ſed ad veſtraʒ deceat ſanctitatē. ¶ Tertio a dextris ſunt parētes ⁊ amici: quibus taliter dandū eſt đ bonis eccleſiaſticis vt ſi indigēt nō indigeāt vel nō tm̄ egeant. ſed nullatenus diuites fiant vt dicit Augꝰ.

Quarto a ſiniſtris ſcʒ erga inimicos de qͥbꝰ dicit xp̄s. diligite inimicos vr̄os. bn̄facite his q̄ oderunt vos ⁊c. Mat. v. ¶ Quinto an̄ q̄ placitant an̄ iudicē. Iđo iudices debēt expedire negocia dando ſentētias. nō p̄cipitādo. ꝫ ex quo factū ē clarū expedire debēt ſniaʒ. al's diu ſtabitis ante portā paradiſi ⁊ non intrabitis. imo dicet xp̄s. diſcedite a me operarij iniq̄tatꝭ. Luc. xiij. ¶ Sexto retro ſcʒ ſcutiferis qui ſequunt̄ retro facientes caudā oportet ſoluere ſolidatā ⁊ ſtipendiuʒ ne furentur ne teneāt meretrices i lupanari ⁊c. Quicūq; tibi aliq̄d opatꝰ fuerit. ſtatim mercedem eiꝰ ei reſtitue. ⁊ merces mercenarij tui apđ te nō remaneat. Tob. iiij. ¶ Septimo ſuperius id ē. erga ſupiores ſcʒ ad deū ⁊ ad p̄latos eccleſiaſticos obediētiā. erga dn̄os tpales fidelitatē erga parētes obſequiū. ⁊ ſic de alijs. Iđo dicit ſcriptura. Obedite ꝓpoſitis vr̄is. ipi enī inuigilant q̄ſi rōneʒ reddituri ꝓ aiabꝰ vr̄is. Eph. vj.

¶ Octaua inferiꝰ oportet ſcire bene regere. Si eſtis dn̄s p̄latus vel rector cōitatis. auiſetꝭ vos ſi eſtis p̄latꝰ vt curetis plꝰ de aiabꝰ q̄ȝ de redditibus. Quia ꝓpter officiū datur bn̄ficiū. Scientia ſanctoꝝ prudentia ſuꝑple eſt. Prouꝰ. ix. Aliter autem cōqueritur xp̄s dicens. ꝓpterea ductꝰ eſt populus meus captiuꝰ. qꝛ non habuit ſcientiam. Eſa. v. ¶ Sexta eſt pietas cordialis cū dicit replebit eum pietas vulgariter recipitur pro miſericordia. de hoc vide ſāctum Thomā ſcđa ſcđe queſtione. x. et tertio ſcripto. diſtinctione xxiiij. ſed multū differūt ſtricte loquendo. ¶ Nota quinq; differentias inter pietatem et miſericordiam.

¶ Prima eſt reſpectu pſone cui datur.
¶ Secūda reſpectu doni.
¶ Tertia reſpectu modi dandi.
¶ Quarta reſpectu motiui dantis.
¶ Quinta reſpectu finalis intentionis

¶ Prima differētia eſt erga pſonā cui datur ſcʒ ſi datis elemoſynā pauperi. illud dicit̄ miſcđia Si aūt facitis bonū parentibꝰ veſtris paupibꝰ vel amicis dicit̄ pietas. ¶ Scđa differētia eſt reſpectu doni. ſcʒ ſi datis panē vel vinū vel veſtē ſi recolligitis peregrinū. iſtud ē miſericordia. ꝫ inſtruere ignorantem corrigere dulciter errātē iſtud dicit̄ pietas. ¶ Tertia differentia eſt reſpectu modi dandi quādo datur elemoſyna. vt panis datur cani. miſericordia poteſt dici. Itē qn̄ datur cū humilitate ⁊ cordis cōpaſſione tūc dicitur pietas. ¶ Quarta differētia ē reſpectu motiui q̄re das elemoſynā qꝛ eſt homo ſicut tu. tūc dꝛ miſericordia. Sed qn̄ das elemoſynaʒ reſpectu dei videlicet quia eſt homo ad imaginē ⁊ ſimilitudinē dei. tūc eſt pietas. đ hoc vide ſanctū Thomaʒ tertio ſcripto diſ. xxxiiij. q. iij. arti. ij.

q̄ſtiuncula p̄ma ad ſcḋm. Quinta differentia ē reſpectu finis ſi tu das elemoſynā iſto reſpectu ⁊ fine ne efficiaris paup. vel vt de⁹ cōſeruet tibi ſanitatē p̄ſperitatē ⁊ filij tui viuant ⁊c. illud dicitur miſericordia. Sed qn̄ tu das elemoſynam iſto reſpectu vt qn̄ tu petas elemoſynaȝ ad portam paradiſi deus det tibi elemoſynā. illud dicitur pietas. Miſericordia autē lȝ ſit magna virtus tamē non cōputaꝛ inter ſeptē dona ſpūſ ſancti ſicut pietas. de hac v̄tute ſcripſit ap̄ls ad Thimoteū dicēs: Exerce teip̄m ad pietatē. naȝ corporalis exercitatio ad modicū vtilis ē. pietas aūt ad omnia valet. j. Timot. iiij. Contra iſtos qui non habent pietatem dicit dauid ꝯm multitudinem impietatū eorū expelle illos. quia irritauerūt te domine. pſ. v. Septimū donū ſiue gratia ſpūſſancti eſt timor filialis quādo homo abſtinet a peccatis ne offendat deū. etiam ſi ſciret q deus non puniret eū. Bon⁹ x̄pianus i omnibus dictis ⁊ factis ſuis timet ne deum offendat in aliquo. in p̄ncipio diei orat deum vt ip̄m p̄ſeruet a peccatis. Idē in nocte. Ideȝ ſi debet ambulare p viam. ⁊ ſic de alijs. Auctoritas. Timor domini expellit peccatū. naȝ qui ſine timore eſt nō poterit iuſtificari. Ecci. j. Nota q eſaias p̄pheta loquens de donis ſpūſſancti. de ſex donis dicit Requieſcet ſup eum ſcȝ virū iuſtū. vſq ſpūs ſciētie ⁊ fortitudinis. de dono aūt timoris domini ſpecialiter dicit replebit. Quia alia ſex dona virtutes ſeu gratie ſpūſſancti. habent ſpūalia ſubiecta vł obiecta. vł ſpeciales modos agendi. Sȝ timor dn̄i replet oēs potentias aīe. ⁊ ſenſus corporis. Ideo dicit ſcriptura. Qui timet deū nihil negligit. ſcȝ de his q̄ teneꝛ facere Ecci. vij. ꝯ dicit alibi. qr nō p̄ferꝛ cōtra malos ſnia. Abſq timore vllo. filij hoīuȝ ꝑpetrāt mala. Eccs. viij.

Feria tertia poſt pentecoſtes ſermo.

EGo veni vt vitā habeāt. ⁊ abundāti⁹ habeāt. Verbum iſtud habeꝛ originalr̄ Joh. x. recitatiue in euangelio hodierno. Solēnis aduētus ſpūſſancti ſup ap̄los ⁊ diſcipulos x̄pi cōmuniter durat p tres dies Ratio. qr ſpūſſanct⁹ in ſuo aduentu dedit tria.

Primo p̄ſentiam pſonalem.

Scḋo grām p̄ncipalem.

Tertio affluentiā finalē.

Dico p̄mo ſpūſſanct⁹ in ſuo aduentu dedit apoſtolis ⁊ diſcipulis ſuā p̄ſentiā pſonalē. nō ſoluȝ auteȝ dedit eis ſuas grās. ſed ſeip̄m pſonaliter. etiam in qualibet gratia gratum faciente datur ſpūſſanct⁹ pſonaliter. q̄dam aūt dixerūt q ſolū datur effect⁹ ſpūſſancti. ſed hoc improbatuȝ eſt in p̄mo ſniaꝝ. non ſolū eni daꝛ effect⁹. ꝯ etiā ip̄e ſpūſſanctus. Et ita promiſit x̄ps ap̄lis di. Ego rogabo patrē ⁊ aliū paraclituȝ dabit vobis. vt maneat vobiſcū ineternū. Joh. xiiij. Nota aliū paraclitū dabit vobis. id ē. aliū ꝯſolatorē. Sed eſt hic magna difficultas. qr pater filius ⁊ ſpūſ ſanctus non ſunt niſi vn⁹ ꝯſolator ſicut nec ſūt niſi vn⁹ deus. quomodo ergo dicit alium paclitum. Solutio ſic intelligiꝛ. aliū paraclitū. i. aliū ſpiritūſanctū dabit vobis cōſolatorē. ita q iſta alietas non referaꝛ ad paraclitū. ſed ad ſpiritū ſanctū q̄ eſt alius a patre ⁊ filio pſonaliter Seq̄tur vt maneat vobiſcū ineternuȝ. Ex iſto textu habeꝛ q ſancti ap̄li poſt feſtū penth̄. nō peccauerūt mortaliꝛ. Ecce donatio excellēs de ſua p̄ſentia pſonali. Et de h̄ fit feſtū ⁊ ſolēnitas i die penth̄. ſcȝ ante heri. Quia ſicut in natiuitate fuit nobis dat⁹ fili⁹ in redemptioneȝ ſiue redēptorem. Sic i die penth̄. fuit nob̄ dat⁹ ſpūſſanctus in ꝯſolatorē. Q̄tum ad ſcḋm ſpūſſanct⁹ i ſuo aduentu dedit ap̄lis ⁊ diſcipulis grām p̄ncipalem quā theologi vocāt grām gratū facientem ⁊ lȝ ap̄li ⁊ diſcipuli x̄pi habuerūt iam iſtam gratiam. tamē in die penth̄. receperūt eam in maiori abūdantia. Ido ap̄ls. Unicuiq nr̄m data ē gratia ꝯm menſurā donatiōis x̄pi. ad Eph. iiij. Nota ꝯm menſurā ſcȝ illā de qua x̄ps. Menſuram bonam ⁊ ꝯfertā ⁊ coagitatā et ſupeffluētē dabūt ſcȝ tres pſone trinitatis in ſinū veſtrum Luc. vj. de iſta donatiōe gratie ſolēnitatis die heſterno fuit pacta. De tertio dico q ſpūſſanctus in ſuo aduētu dat effluentiā finalē q̄ eſt habere abuudāter ⁊ multipliciter vitā. Et de hoc dicit ip̄emet in themate. Ego veni vt vitam habeant. ſupple hoīes ⁊ abundātius habeāt. patȝ thema de iſta affluētia finali fit feſtū hodiernuȝ Et inueni in ſacra ſcriptura q̄ttuor vitas quas habem⁹ a ſpirituſancto.

Prima eſt vita corpalis quā debem⁹ digne gubernare.

Secūda eſt vita ſpūalis quam debemus ſtricte ⁊ ſollicite ꝯſeruare.

Tertia eſt vita celeſtialis quā debemus alte ⁊ deuote deſiderate.

Quarta eſt vita eternalis quaȝ debemus certe ⁊ ſecure expectare.

Et qr ſpūſſanctus dat iſtas q̄ttuor vitas. ideo dicit ip̄e. Ego veni vt vitā habeāt. ſcȝ corporalem. Et abundanti⁹ habeāt ſcȝ ſpūalem celeſtē ⁊ eternā. Dico p̄mo q p̄ma vita eſt corpalis q̄ eſt p vnionem aīe et corpis. q̄diu eni anima eſt vnita corpori. durat vita corporis. Anima eni eſt forma corpis q̄ dat corpi vitā. Et corp⁹ ſine aīa non poſſet videre. audire. loqui. ambulare. ⁊ hmōi. ⁊ ſine aīa corp⁹ nō ē niſi trūcus nihil valens. ab aīa autē corpus habet oīa ſentiméta. viſum. auditū ⁊c. ⁊ oēs opatiōes. In morte enim hoīs oēs ſenſus ⁊ oēs vires organice deſtruūꝛ quare nec opatiōes remanere p̄nt vt dicꝛ ſanct⁹

Tho. q̃rto ſcpto. diſ. xliiij. Ido dic̃ xp̄s Spūs
eſt q̄ viuificat. caro aūt non pdeſt quicq̃ꝫ Joh.
vj. Dico ꝙ iſta vita corporis q̄ ē ex pſentia aīe
rōnalis ē effectualit̃ a tota trinitate. appropriat̃
tñ ſpirituiſancto. quia ipe ſpūs creator dat v̇tu
tem ſpūi creato ſcꝫ aīe ſtandi in corpe decē vel
viginti ānis vel pl⁹ vel min⁹ ſicut ſibi placꝫ. An
tiquit⁹ dabat lōgā vitā corpalē. vt ptꝫ in adam
q̄ vixit nōgētis. xxx. annis. Gen̄. v. Matuſalē
qui vixit nōgētis. lxix. annis. Et in noe q̄ vixit
nōgētis. l. ānis Gen̄. ix Sꝫ paulatim diminuta
ē vita corpis. Si dicat̃ q꞉ ſpūſſanct⁹ q̄ ſic mēſu-
rat vitā corpalē. q̄re illis antiq̄t⁹ dabat tā lōgaꝫ
vitā ꝛ nob̄ breuem. Rn̄deo ꝙ ad illos expecta/
bat hr̄e expiētias rerū ꝛ artiū ppt̃ h̄ dabat eis
lōgā vitā. Mō āt iā oīa ſūt expimētata ꝛ expe
rimēto cognita. Itē q꞉ tūc erant rudes ꝛ ſimpli
ces. Iō indigebāt magno tpe ad ſciendū. Mo
do aūt ſūt hoīes intricati. Item tūc comedebāt
ſolū ſemel p nccitate ꝛ nō comeſatiōib⁹ crapu-
le ꝛ gule hoīes vacāt ꝛc̃. Sꝫ longa vita vel bre
uis a ſpūſancto ē. Iō dicit Job ſpirituiſancto.
vitā ſupple corpalē ꝛ miſcdiaꝫ tribuiſti mihi. et
viſitatio tua cuſtodiuit ſpm̄ meū Job. x. Nota
miſcdiaꝫ q꞉ ꝙ ſpūſſanct⁹ dat vitā corpalē mihi
vel tibi miſcdia ē ꝛ nō debitū q꞉ nulli obligat̃.
Sꝫ dico ꝙ iſtā vitā corpalē debem⁹ digne ꝛ fru
ctuoſe gubernare. q꞉ nō debem⁹ ipaꝫ totā expē
dere vel occupare ī negocijs tpalib⁹ ſ; etiam in
ſpūalib⁹ ppter theſaurꝫ meritorꝫ cumulādū. vn̄
poſtq̃ꝫ occupatis vitā tpalē ī negocijs tpalibus
feria ſcda ꝛ tertia ꝛc̃. quieſcatis in die dn̄ica ab
oī negocio tpali ꝛ detis vos negocijs ſpūalib⁹.
audiendo miſſaꝫ an̄q̃ꝫ aliq̄d comedatis vl̄ biba
tis. Quia q̄ hꝫ ſupplicare pape vl̄ regi nō debet
hr̄e anhelitū fetiduꝫ ꝛc̃. Lꝫ eni multi excuſent̃ a
ieiunijs eccl̄ie. ab iſto tñ. ſ. ab audiētia miſſe nō
ſic excuſat̃ hō. Itē debem⁹ venire p tpe ad miſ
ſam. q꞉ in ꝯfeſſiōe q̄ fit p vob̄ debetis ēē om̄es.
Ido qñ cāpane pulſant̃ debes tu dicē. O dn̄s
citat me. et cito dimittere alia. et debetis ire ad
eccl̄iaꝫ. Itē nō loq̄mini in eccl̄ia. ſ; cū ſignis iui/
tando ſi venerit aliq̄s q̄ ꝛc̃. Item nō recedere a
miſſa q̄uſq̃ꝫ dat̃ bn̄dictio a ſacerdote. Itē debe
tis eſſe in veſpis ꝛ cōpletorio. ſicut eni expendi
ſtis ſex dies hebdomade ꝯgregando bona tpa
lia trāſitoria q̄ h̄ remanēt. ita expēdatis diē feſti
ꝯgregādo theſauros ſpūales. q̄ durabunt eter-
naliter. Ido ſapiēs dicebat. Fili in tpe vite tue
ne indigeas. meli⁹ ē eni mori q̃ꝫ indigē. Eccī. xl
Nota ne indigeas ſcꝫ theſauri ſpūalib⁹ merito/
rū meli⁹ ē eni mori corpalit̃. q꞉ liberat̃ q̃ꝫ indige
re. ptꝫ ergo ꝙ vita corpis ē digne gubernanda.
¶ Scda vita eſt ſpūalis. vita eni ſpūalis ē quan
do perſona dimittit vicia ꝛ peccata ꝛ recedit a
mala ſocietate ꝛ dat ſe bone vite plus curādo ꝺ
ſpū q̃ꝫ de corpore. occupando ſe in orationib⁹ ꝛ
bonis opib⁹. tpalia obliuiſcēdo. Iſta ē vita ſpi
ritualis quā habem⁹ a ſpūſancto. Nota ad hoc
pulchrā figurā Ezech. xxxvij. legit̃ ꝙ de⁹ edu-
xit pphetā in quodā magno cāpo pleno oſſib⁹
mortuorꝫ ꝛ circūduxit eū in giro ꝛ dixit ſibi de
us. fili hominis putas ne viuēt oſſa iſta. Rn̄dit
dn̄e deus tu noſti. ꝛ dixit ſibi de⁹. vaticinare de
oſſibus iſtis. ꝛ dices eis. hec dicit dn̄s de⁹ a q̄t-
tuor ventis veni ſpūs ꝛ inſuffla ſup interfectos
iſtos ꝛ reuiuiſcant. ꝛ ingreſſus ē in ea ſpūs ꝛ vi
xerunt. ſteterūtq̃ꝫ ſup pedes ſuos exercit⁹ gran
dis nimis valde. Ecce figura. Itē magn⁹ cāpus
plenus oſſib⁹ mortuorꝫ corruptis ē iſte mūdus
qui iam ex peccatis eſt tot⁹ fetidus et corrupt⁹
ex luxuria. ꝛ ſic de alijs peccatis. tanta eni ē cor
ruptio ꝙ iam nihil reſpicit̃. ꝛ ſic de alijs pecca/
tis put expediēs erit. Ido dauid. Corrupti ſūt
et abominabiles facti ſunt. non eſt q̄ faciat bo-
num nō eſt vſq̃ꝫ ad vnū. ſupple ꝺ adultis. pſ̄. lij
Ecce cāpus. modo videam⁹ quomodo viuifica
bunt̃ oſſa arida. id ē. peccatores. vt habeant vi
tam ſpūalē. q꞉ iā hn̄t vitaꝫ corpalē. Ad h̄ opor-
tet ꝙ ſpūſſanct⁹ veniat vel de oriente vel de oc/
cidēte. vl̄ de acquilone vl̄ de meridie. ꝺ oriente
venit ſpūſſāct⁹ pueris q̄ qñ incipit ī eis claritas
diſcretionis cauēt a peccatꝭ. timēt deū. orāt. cō/
fitent̃. dulciter ꝯuerſant̃. nō iurāt. non mentiū-
tur ꝛc̃. De occidēte venit ſenib⁹. peccatis anti/
quatis ꝛ aſſuetis Sꝫ q꞉ vidēt ſe iuxta occaſum
mortis anteq̃ꝫ veniat mors ꝯuertunt̃ ad deum
pponūt cauere a peccatis ꝯfitent̃ ꝛc̃. Aliquib⁹
autem venit ſpūſſanctus de aq̄lone q̄ ſignificat
aduerſitateꝫ. q꞉ aduerſitas aliquos reducit ad
deū. O quot ſunt in mundo q̄ quādo ſunt in p-
ſperitate nō curant de deo. ſ; quādo vent⁹ aqui
lonaris frigidus et tempeſtuoſus venit ſcꝫ ad/
uerſitas. tunc redeunt ad deū dicēdo dn̄e miſe-
ricordia. ꝛ ꝯuertunt̃ ꝛ ꝯfitētur ꝛc̃. Nota. mala
q̄ nos h̄ pmunt ad deū ire cōpellunt. verba ſūt
Gregorij ſup lucā. xviij. Aliquib⁹ aūt venit ſpi
rituſſanctus de meridie q̄ ē pars abundās hu-
mido ꝛ calido ꝛ ſignificat pſperitatē. Quando
aūt perſona infra ſe cogitat bona que habet di-
cens: Vn̄ habui iſta cū pater meus fuiſſet pau-
per. ꝛ ego ſum diues. habeo hoc ꝛ hoc. ꝛ nū q̄d
omnia iſta dedit mihi domin⁹. imo. ido volo ſi
bi ſeruire. Si enim rex dediſſet mihi iam ſerui-
rem ei. quāto magis ergo deo. huic venit ſpūſ-
ſanctus de meridie ſcꝫ ꝺ pſperitate. Ecce q̄liter
oſſa arida. id ē. peccatores viuificāt̃ in vita ſpi-
rituali. Ecce quare dicit auctoritas a q̄ttuor vē
tis venit ſpūs. Et hanc vitam debemus ſecure
cōſeruare. Ideo dicit ſcriptura. Omi cuſtodia
ſerua cor tuū. Quia vita ſpūalis multos habet
inimicos Verbi gratia. ſi religioſus vult ſerua
re regulā ꝛ vota ſtatim alij qui nihil ſeruant di
cunt. O ypocrita. ꝛ ſic de alijs. Nota de q̄libet

ſtatu. ideo dicit. om̄i cuſtodia ſerua cor tuum ⁊c̄.
Ratio qm̄ ab ip̄a vita ꝓcedit ſcꝫ ſpũalis. Ecce
q̄re dicit a q̄ttuor ventis. Et ego veni inq̄t xp̄s
vt vitã habeãt ſuꝑple corpalẽ. ⁊ abundanti⁹ ha
beãt ſcꝫ vitã ſpũalẽ. ¶ Tertia eſt vita celeſtialis
qñ aĩa pſone q̄ egit condignã penitentiã p mor-
tem corpalem recedit a corpe ſtatim aſcendit in
celum et ibi viuit vita celeſti. hec eſt differentia
inter animas hominũ ⁊ iumentoꝝ. Nam aĩa iu
menti non eſt ſubſtantia ſpũalis ſubſiſtens ⁊ in
corruptibilis. ſed eſt forma ſubſtantialis imer-
ſa materie que non habet eſſe ſine materia ⁊ cor
pore. imo totum eſſe habet in corpore. qꝛ ẽ edu-
cta d̄ potentia materie. ⁊ ſicut modo quo dictũ
eſt totũ eſſe habet a corpore. Jd̄o deſtructo cor
pore corrumpit̄. Sed aĩa hoĩs eſt ſubſtantia
ſpũalis vt angelus. et nihil habet a corpe. imo
ip̄a dat eſſe corpi ⁊ viuere ⁊c̄. Jd̄o qñ corp⁹ de
ficit ip̄a remanet. De h̄ vide ſctm̄ Tho. pte. j. q
lxxv. articulo ſcd̄o. tertio. ⁊ ſexto. Articulo eni
ſcd̄o oſtendit q̄ aĩa humana eſt ſubſiſtẽs. Jteꝫ
articulo tertio q̄ aĩa brutorũ non eſt ſubſiſtens
ꝯcludit et oſtendit. Jtem articulo ſexto oſtẽdit
⁊ ꝯcludit q̄ aĩa humana eſt incorruptibilis. ſed
aĩe brutoꝝ vt ptꝫ in eodem articulo in ſolutiõe
ad primũ argumentũ ſunt corruptibiles. Vñ ſi
aĩa hominis bene ſe gubernat corp⁹ remunerat̄
ſicut miles q̄ bene gabernauit caſtrum ſibi com
miſſum a rege. Quãdo deus creat animã creã-
do infundit eaꝫ in caſtro corporis. vt gubernet
ip̄m iuxta dei voluntateꝫ ne per portas ſcꝫ ſen-
ſuũ intrent inimici ſui nec p oculos vana aſpiciẽ
do. ⁊ ſic de alijs. Si ergo bene ip̄m gubernat re
munerat̄. ſi male punitur. Quãdo ergo aĩa que
bene gubernauit caſtrũ corporis p morteꝫ rece-
dit a corpe ſtatim venit coram xp̄o dicens: Do
mine cuſtodiui caſtrũ ⁊c̄. Et xp̄s dat ſibi vitaꝫ
celeſtem in celo. autoritas. Si in vobis xp̄s eſt
ſcꝫ p grãm ⁊ bonã vitã. Corpus q̄dem mortuũ
eſt ꝓpter peccatũ. Spũs xo viuit p iuſtificatio
nẽ. Q ſi ſpũs ei⁹ q̄ ſuſcitauit a mortuis. habitat
in vobis q̄ ſuſcitauit ihm̄ xp̄m a mortuis. viuifi
cabit ⁊ mortalia corpa veſtra ꝓpter inhabitan
tem ſpiritũ eius in vobis ⁊c̄. ad Roma. viij. Sꝫ
diceres a quo ẽ iſta vita celeſtis. Dico q̄ hec vi
ta celeſtis appropriate eſt a ſpũſancto. Ratio qꝛ
ſicut vapor qui de mane egredit̄ a terra per in-
tromiſſum calorem ſolis ſicut aĩa non poſſet ce-
lum aſcẽdere niſi calore ſpũſſancti informaret̄.
⁊ abilitaret̄ q̄ ip̄am ſurſum trahit. Jd̄o dic̄ da-
uid. viuificabis me ĩ equitate. ps̄. cxlij. Dico cõ
ſequẽter q̄ hec vita eſt vehemẽter deſiderãda.
Sicut ſi domin⁹ diues in ſuo teſtamẽto dimiſiſ
ſet tibi caſtrũ altum forte inexpugnabile d̄ quo
nõdũ haberes poſſeſſionẽ. O qualiter ip̄m de-
ſiderares. vehementi⁹ deſiderandũ eſt caſtruꝫ
celi empirei. Jd̄o xp̄s. Ego ſitienti. id eſt. ardẽ

ter deſiderãti ⁊ anhelãti dabo d̄ fonte aque vi-
ue gratis. Qui vicerit poſſidebit hec. Et ero il-
li deus. ⁊ ille erit mihi filius. Timidis autẽ ⁊ in
credulis ⁊ execratis ⁊ homicidis ⁊ fornicatori-
bus ⁊ veneficis ⁊ idolatris ⁊ om̄ibus mendaci
bus. pars illoꝝ erit in ſtagno ardenti igne ⁊ ſul
phure. quod eſt mors ſecũda. Ecce venit vnus
de ſeptem angelis habentib⁹ phialas plenas ſe
ptem plagis nouiſſimis ⁊ locutus eſt mecuꝫ di-
cens: veni oſtendã tibi ſponſam vxorẽ agni ⁊c̄.
Nota ibi q̄ſi totũ caplm̄ pulchra valde d̄ regno
⁊c̄. Apoc. xxj. ¶ Quarta ẽ vita eternalis ſcilicet
quãdo in die iudicij om̄es reſurgem⁹ in corpore
⁊ aĩa. Boni autẽ reſurgẽt cum corporib⁹ glorio
ſis cum q̄bus eternaliter viuent. Si dicatur. et
nunq̄d vita ſanctaꝝ aĩaꝝ quam habẽt modo in
celo eſt eterna. Dico q̄ nõ. qd̄ verũ eſt q̄ ad iſtũ
moduꝫ eſſendi. quia modo ſunt aĩe beate a ſuis
corporibus ſeparatẽ. ſed in iudicio ⁊ in reſurre-
ctione generali ſuis corpibus glorioſis reuniẽ-
tur. de hoc vide ſanctũ Tho. in. iiij. diſ. xliij. et
xliiij. Mali autẽ reſurgent cum corporibus fe-
tidis ⁊c̄. Ratio huius ẽ. quia deus remunerat
quẽlibet ſm̄ vitã quaꝫ hic tenuit ⁊ bona opera
que fecit. Modo ĩ bonis que hic facim⁹ ẽ talis
ordo. Quia p̄mo fiunt ab anima ſola ſcilicet co-
gitando. deliberando. ⁊ ordinando. ⁊ ſic primo
meretur. deinde in executiõe operis corpus fa-
cit executionẽ Jdeo anima prius remuneratur
deinde remunerabit̄ corpus. ſcꝫ in iudicio Jdẽ
eſt de malis operibus. ¶ Primo eni anima facit
peccatum cogitando. deliberando. ordinando
Deinde corpus facit executioneꝫ. Jdeo anima
prius punitur in inferno. Deinde corp⁹ in iudi-
cio. Hoc dic̄ auctoritas ſacre ſcripture. Om̄es
vos manifeſtari oportet ante tribunal xp̄i ihu.
vt referat vnuſquiſq; hominũ ꝓpria corporis
ꝓut geſſit. ij. Cori. v. ¶ Nota propria corporis.
Nota q̄ hec vita eterna appropriate ẽ a ſpiritu
ſancto. quia noſter ſpirit⁹ eſt naturaliter vadẽs
⁊ non rediens. Sed per virtutem ſpiritusſancti
animã inhabitantis quelibet anima reſumet ſu
um propriuꝫ corpus. De hoc vide ſanctũ Tho
mã in q̄rta diſtin. xliij. Nec hoc eſt ſpirituiſan-
cto difficile. quia qui de nihilo creauit omnia fa
ciliter põt animã ⁊ corpus incineratum vnire.
Jdeo dicit ſcriptura. Si ſpiritus eius qui ſuſci
tauit ieſum chriſtuꝫ a mortuis habitat in nobis
qui ſuſcitauit ieſum chriſtum a mortuis. viuifi-
cabit etiam mortalia corpora noſtra propter in
habitantem ſpirituꝫ eius in nobis. ad Roma-
nos. viij. Hec vita eſt certiſſime ſpectãda. ¶ No
ta contra illos qui ſunt de errore ſaduceorũ di-
centiũ. quomodo ẽ poſſibile reſurgere ⁊c̄. Jd̄o
chriſtus. Nolite mirari hoc. quia venit hora in
qua omnes qui in monumentis ſunt audient
vocem filij dei et procedent qui bona fecerũt in

reſurrectionē vite ſupple eterne. Qui vero mala egerunt in reſurrectionē iudicij ſcilicet dānationis. Johis. v. Nota. nolite mirari hoc ſcilicet de reſurrectione. quia deo nihil eſt difficile. Quia venit hora ſcilicet iudicij in qua omnes q̄ in monumentis ſūt audient vocē filij dei ſcilicʒ illā. Surgite mortui venite ad iudiciū ⁊c̄. Ecce pcedent ⁊c̄. Patet ergo quomodo a ſpū ſancto habem⁹ has q̄ttuor vitas. ſcʒ corpalem. ſpūalē celeſtem ⁊ eternā. Ecce q̄re dicit. ego veni vt vitam habeant. ſcʒ ſpiritualem celeſtem ⁊ eternaʒ quam det nobis deus glorioſus.

¶ Feria quarta ſermo.

NEmo poteſt venire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eum. Joh. vj.

Thema dat mihi motiuū p̄dicandi ⁊ declarandi modos quos deus tenet trahendi ad ſe peccatores ſcilicet q̄liter peccator qui diu vixerit in peccatis trahit̄ per deum ad bonam vitam. Jſta materia ē vtilis ⁊ pficua. Sed vt ſit deo acceptabilis et gratioſa. ſalutetur virgo maria. Thema eſt v̄bum xp̄i dicens: Nemo. id ē. nullus peccator poteſt venire per bona ⁊ ſancta opera niſi pater q̄ miſit me traxerit eū Pro cuius declaratione ſciendum. ꝙ inter alia mala et magnos defectus q̄s in hac vita habem⁹ ſunt duo ſcʒ difficultas ad bonū. ⁊ pnitas ad malū. Cuʒ magna difficultate facimus bona opera nec ſcimus facere ſine magiſtro. Mala autē ſine magiſtro ſcimus facere. Recte de nobis ē ſicut d̄ lapide qui violēter aſcendit non a ſe. ſed ab alio. Sed per ſe naturaliter deſcendit ⁊ cadit Jta de nobis ſi volumus aſcēdere in altū per bonam vitaʒ ⁊ ſpiritualem orando ꝯtemplādo violentia ē neceſſaria qr cōtra inclinationes carnis ⁊ oblocutiōes gētium. Sed naturaliter deſcendimus peccādo ⁊ malam vitā tenēdo ⁊ ſic cadimus in infernum. Jdeo dicit ſcriptura. Senſus ⁊ cogitatio hūani cordis in malū prona ſunt ab adoleſcētia ſua Geñ. viij Ratio huius aſſignatur Sap. ix. vbi dicitur Corpus quod corrūpitur aggrauat animā. Sicut ſi falconi qui leuis eſt d̄ ſe apponeret̄ vna libra in pedibus eius. non poſſet eleuari in altū niſi cum difficultate. Jta de anima que de ſe eſt leuis. ſed corpus aggrauat ⁊ trahit eā deorſum. Verbi gratia. Multis modicū contēplari in oratiōe ⁊ eleuatis menteʒ. ſtatim homo deſcendit cogitando de negocijs de coq̄na vel taberna. Jd̄o dicit: Corpus quod corrūpitur ⁊c̄ poſt iudiciū non erit ita. imo corpus ſequit̄ animam in beatis. quia in corporibus beatoꝝ erūt q̄ttuor dotes ſcilicet ſubtilitas. impaſſibilitas. agilitas. ⁊ claritas. Et his dotib⁹ iam carem⁹. Jdeo ſi volumus modo aſcendere per bonam vitam oportet ꝙ de⁹ iuuet nos non violētando liberū arbitriū. ſed ipm iuuādo ⁊ ꝯfortando et mouendo. H̄ dicit thema. Nemo pōt venire ad me p bonā vitā niſi pater q̄ miſit me traxerit eū ptʒ thema ⁊ ſum in materia p̄dicanda. Modo videamus qualiter de⁹ tahit peccatores. Ego amore veſtri q̄ſiui in ſacra ſcriptura. ⁊ inueni ꝙ q̄ttuor cordis deus trahit ad ſe.

¶ Prima eſt amor diuinalis.
¶ Scd̄a eſt ardor celeſtialis.
¶ Tertia eſt timor infernalis.
¶ Quarta eſt dolor tpalis.

Aliqui trahunt̄ per p̄mam. Aliqui per ſcd̄am. Aliqui per tertiā. Aliqui p quartaʒ. Oēs q̄t q̄t ſunt in padiſo vel erūt vel fuerūt tracti ſūt aliq̄ iſtaꝝ cordarū. Ecce q̄re dicit thema. Nemo poteſt ad me venire. Prima ergo corda qua trahunt̄ eſt amor diuinalis. Jſta ligatur in corde creature vt homo veniat ad eum. ligatur enim cogitando beneficia dona ⁊ gratias a deo receptas quaſi dicendo. ſi vnus homo etiam rapax feciſſet mihi tot bona quātū ipm diligerē. Jſta corda habet quattuor cogitationes quas debemus habere ſcʒ cogitando. Primo op⁹ vel b̄nficium creationis. Scd̄o opus vel beneficiū puiſionis. Tertio opus vel beneficiū expectatiōis. Quarto opus vel beneficiū redemptionis. De p̄mo debet homo cogitare beneficiū creationis quia nō animal brutum bouē vl̄ aſinū ſerpentē cattū ſiue murē nec lapidē vl̄ arborē. ſed hoīeʒ rationalē ad imaginē ⁊ ſimilitudinē ſuaʒ me fec deus. dedit mihi corpus cum mēbris. qr pater vel mater modicū faciūt in corpe. Cogita quātum diligeres illum q̄ tibi reſtituiſſet oculū vel manū vel pedem abſciſum. Quantū ergo ē de⁹ diligēdus q̄ dedit corpus ⁊ oīa mēbra et aīaʒ cum potentijs. De ſecūda cogita beneficiuʒ puiſionis cum eſſes in vtero matri clauſus. te cōſuauit ⁊ puidit ⁊ quādo fuiſti natus dedit lac matri vt te lactaret. ⁊ modo q̄s dat tibi bladum in campis. vinū in vineis. fructus in arborib⁹. aquā in fontib⁹. carnes et piſces ⁊c̄. nullus niſi deus. qr natura inſtrumētū eſt. ⁊ ſic deo grates agere debem⁹ ⁊ non nature ſicut nec grates nec grās habet dare calamo de bona lr̄a. ſed notario. Si g̃ ſuitores ⁊ famuli diligunt dn̄m q̄ daʒ eis puiſionē q̄nto magis deū diligere debent ⁊ tenent̄. De tertio cogita beneficiū expectationis in p̄mo peccato ſaltē mortali qd̄ hō facit ſtatim datur ſnīa mortis a deo ꝯtra te Aia que peccauerit ipa morietur. Ezech. xviij. Et deus ſuſpēdit executionē expectando te miſericorditer ad penitentiā Vis cognoſcere iſtam grāʒ. nota hic peccatū luciferi ⁊ alioꝝ angelorū. q̄tum credis ꝙ de⁹ eos expectaret ad penitētiā. per annū ⁊c̄. Dico ꝙ nec per annū nec p mēſem diē vel horā ſed in eodē momento expulſi ſunt de padiſo ⁊c̄ Et q̄t anni ſūt ꝙ tu incepiſti peccare. xl. vl̄. l. ⁊c̄

tot annis te ſupportauit ⁊ expectauit ad pniã.
De q̄rto cogita beneficiũ redẽptiõis. quia vo
luit humiliari ⁊ de celo ad terram deſcẽdere vt
tu aſcenderes in celũ voluit ſuſpendi in cruce
ne tu ſuſpẽdaris ĩ furca inferni. Spinis voluit
coronari. vt tu in celis coroneris corona glorie
Quãta eſſ3 humilitas regis volẽtis ſe hũiliare
vt ad coronã regni exaltaret ruſticũ. Cogitãdo
iſta corda amoris diuini ligat̃ cor. hoc cogitan
do dauid in pſ̄ dicebat. Diligã te dñe fortitu-
do mea. dñs firmamentũ meũ ⁊ refugiũ meum
deus me⁹ ⁊ ſusceptor me⁹ ⁊ liberator me⁹. Hic
ſunt om̄es q̄ttuor filii. Primũ ibi. Diligã te do
mine fortitudo mea ſcʒ ꝑ creationẽ. Ecce p̄mũ
dñs firmamentũ ſcʒ ꝑ ꝓuiſionẽ. Ecce ſcd̄ʒ. Et
refugiũ meũ ſcʒ ꝑ opus expectatiõis. Ecce ter
tiũ. Et liberator me⁹. ſcʒ ꝑ op⁹ redẽptionis. Ec
ce q̄rtum. Sʒ modo hoĩes mũdi non diligũt de
um peiores ſũt beſtiĳs. q2 beſtie ⁊ fere ſilueſtres
cognoſcũt bñficia ⁊ diligũt ſuos benefactores
Nota hic miraculũ qđ legit̃ in vita beati Hie-
ronymi de leone vulnerato in pede q̄ venit ad
monaſteriũ beati Hieronymi qđ erat in deſerto
quẽ vidẽtes fratres fugierũt. Dixit beat⁹ Hie
ronym⁹. ⁊ ſic recipitis hoſpites. ꝯſidens fuit đ
obediẽtia leonis dixit. q̄d hic vis? Leo q̄ eleua
to pede ſuo oſtendit plagam in medio. et beat⁹
Hieronym⁹ in noĩe iħu ſanauit eũ. Dauid. ho-
mines ⁊ iumẽta ſaluabis dñe ⁊c̄. Leo aũt cog-
noſcens bñficium noluit recedere a monaſterio
ac ſi fuiſſet domatus. Cui beat⁹ Hieronym⁹ im
poſuit vt cuſtodiret aſinũ ⁊c̄. De hoc exemplo
vide ĩ legẽda beati Hieronymi. Modo dicas
tu quot beneficia recepiſti a deo. Quid habes
qđ nõ accepiſti? nihil. Jđ corda amoris debet
eẽ ligata in corde tuo. Autoritas. Salomon in
ſpũ ꝓphetie dicit. Oleũ effuſũ nomẽ tuũ. ideo
adoleſcẽtule dilexerũt te. Trahe me poſt te. cur
remus in odorẽ vngentoꝝ tuoꝝ. Can̄. j. Nota
oleũ effuſũ ⁊c̄. Nomen ſumitur hic ꝓ doctrina
lege ⁊ fama xp̄i. Prou̾. xxij. Melius eſt nomẽ
bonũ q̄ȝ diuitie multe. Conditio ẽ olei q̄ qñ eſt
effuſũ clareſcit. Jđo marinarij qñ infra aquam
volũt videre vl̄ aliq̄d perquirere ſub aqua re-
cipiunt oleũ in ore ⁊ qñ ſub aqua ipm̄ ſpargũt
vident ibi clare. Jta nos in mari hui⁹ mũdi era
mus ſub aquis peccatoꝝ in tenebris. Sʒ ꝓpt̄
p̄dicationẽ apl̄oꝝ nomen xp̄i ⁊ doctrina euan-
gelica publicata fuerunt ⁊ ſparſa ⁊ nunc vide-
mus clare veritates fidei. dauid. Jn oẽm terrã
exiuit ſonus eoꝝ. pſ̄. xviij. ⁊c̄. Jdeo adoleſcen
tule ſunt aĩe. Ratio q2 non ſeneſcunt. Corpora
autẽ ſeneſcũt. q2 ſunt corruptibilia ⁊ mortalia.
Anime autẽ rõnales ſiue hũane ⁊ angeli ⁊ ſtel-
le ſunt incorruptibiles. Jdeo nõ antiquantur.
Jta iuuenis ẽ anima vni⁹ ſenis centũ annoꝝ. ſi
cut anima pueri vni⁹ diei. Jdeo dicit adoleſcẽ-
tule dilexerunt. Ex quo corda ẽ ligata vt dixi.
trahe me poſt te vt curram⁹ ſiue aſcẽdam⁹ poſt
te. q̄ſi diceret. Tu aſcendiſti in celũ. ideo trahe
me vt aſcẽdam poſt te. Et currem⁹ in odorẽ vn
gentoꝝ tuoꝝ. Nota h̄ ꝓ declaratiõe huius ſi-
militudinẽ de venatore q̄ recepit mutuo canes
ab alio venatore qui nolẽtes eũ ſequi ligat ad
collum eoꝝ cordas. ⁊ ſequũtur ipm̄ trahentẽ
quouſq̄ ſint extra domũ domini. ſʒ ex quo ſũt
in venatiõe ipi currũt per ſe. Jta de peccatore
q̄diu eſt in peccatis ẽ canis diaboli. ⁊ xp̄s ẽ ve
nator animaꝝ. ſm̄ illđ. da mihi aĩas cetera tol-
le tibi. Gen̄. xiiij. Et oportet vt cum corda tra-
hat peccatores đ domo ⁊ ſ̄uitute diaboli. quo
uſq̄ ſint extra. q2 tunc per ſe currẽt de v̄tute in
v̄tutem. ideo dicit thema. Nemo p̄t venire ⁊c̄.
Nota in odorem vngentoꝝ. vngenta xp̄i ſunt
opera v̄tuoſa ⁊ medicinalia q̄ fecit in hoc mun-
do ꝯtra plagas mortales peccatoꝝ. plaga mor
talis ẽ ſup̄bia. vngentũ xp̄i qđ iſtam plagã cu
rat eſt humilitas incarnatiõis ⁊ pauperis con-
uerſatiõis. Plaga mortalis ẽ auaricia. vnguẽ-
tum medicinale eſt paup̄tas xp̄i. qui nec donũ
nec pecuniã voluit habere. plaga mortalis ẽ gu
la. non ſ̄uare ieiunia eccleſie exceſſiue comede-
re. inebriari. vnguentũ eſt abſtinentiã xp̄i quã
fecit in q̄dragesima ⁊ etiã in tota vita ſua ſemꝑ
erat ieiuniũ. plaga mortalis ẽ ira ⁊ deſiderium
vindicte. vnguentũ ⁊ medicina ẽ patiẽtia xp̄i.
plaga mortalis inuidia. vnguentũ eſt charitas
xp̄i. q2 amore noſtri mori voluit. plaga mortal̄
eſt accidia. vnguentũ eſt diligẽtia xp̄i. Nunq̄d
tu ſentis odorẽ iſtoꝝ operũ ſiue vnguẽtoꝝ. prʒ
p̄ma corda amore dei ligetis eã in corde vr̄o. di
catur hic exemplũ de illo clerico male vite ⁊ in
honeſte q̄ qñ habuit bonũ beneficiũ dixit. O
modo potero habere cõcubinã ⁊c̄. deinde de⁹
dedit ſibi maiora bñficia ⁊ ipe augmẽtabat pec
cata. Sed de⁹ fecit ſibi gr̄am q̄ recognouit ſe ⁊
ad ſe reuerſus dixit infra ſe. O miſer ꝯtinue de
us dat mihi bona ⁊ me augmẽtat in honorib⁹ ⁊
dignitatib⁹. ⁊ ego augmẽto peccata valde ſum
ingratus. ⁊ habuit maximã ꝯtritionem de pec
tis ⁊ fecit pniã. de cetero tenuit bonã vitam ⁊
ſanctã. Secũda corda eſt ardor celeſtialis. ſcʒ
deſiderare gl̄iam ꝑadiſi. ꝓpter pulchritudinẽ
⁊ excellentiã celeſtis pulchritudinis. Sicut no
bilis viator ex pulchritudine hoſpicij trahit̃ ad
illud. Jſta corda ardoris celeſtis habet q̄ttuor
filios ſcʒ quattuor cõſiderationes. Prima ẽ cõ
ſiderãdo celum maxime đ nocte quãdo optime
apparent ſtelle dicendo. O domine ⁊ qualis ha
bitatio debet eſſe intus. quia extra ⁊ in trãſuer
ſo ita apparet pulchrum. ⁊ deſiderare debet fer
uenter eſſe intus. Sic ligatur corda ardoris ce-
leſtis. q2 tanta eſt pulchritudo celi. q̄ ſi ꝑ potẽ-
tiam diuinã homo poſſet ipm̄ videre. nõ vellet

comedere nec bibere. etiaꝫ ſi aliquid nō videret
niſi celum. Jđo apl'ſ cui deus oſtēdit ⁊ interro
gatus quid vidit. reſpondit: Ocul⁹ non vidit
nec auris audiuit nec in coꝛ homis aſcēdit que
p̄parauit deus his qui diligunt eum. nobis aūt
reuelauit deus p ſpiritū ſuuꝫ. j. Coꝛ. ij. ¶ Nota
oculus nō vidit. Philoſophi eni habuerūt no-
ticiam de nouē celis de celo lune ⁊c̄. Sed ad de
cimū celum ſcꝫ empireū non potuerūt aſcēdere
qꝛ illud eſt imobile. Jdeo dicit oculus ſcꝫ philo
ſophoꝝ non vidit. nec aliqua auris audiuit ſcꝫ
iudeoꝝ. Judei eni audierūt ab oꝛe moyſi legē.
Et q̄d audierūt Si p̄cepta mea ſuaueritis ⁊c̄.
Leuit. xxvj. Solū pmittit eis terrena. de glo-
ria autē celi nullā pmiſſionē habuerūt nec audi
erunt. nec in coꝛ homis ſcilicet pagani aſcendit
¶ Machomet⁹ enim pmittit agarenis paradi
ſum poꝛcoꝝ ⁊ aſinoꝝ comedendo mel ⁊ lac ⁊ lu
xuriari. nobis autē xp̄ianis reuelauit ſcꝫ i ſacra
ſcriptura celū ⁊ celeſtia bona ⁊ gaudia. ¶ Scđa
eſt conſiderando celum empireū cui⁹ eſt habita
tio. Dauid inq̄t nobis i pſ̄. cxxiij. Ad te leuaui
oculos meos q̄ habitas in celis. Magnuꝫ pa-
lacium eſt palaciū pape vel imꝑatoꝛis vel regi.
Sꝫ nihil reſpectu palacij dei qđ ip̄e ꝓprijs ma-
nibus operatus eſt ⁊ ipſum oꝛnauit ⁊ depinxit
¶ Tertia eſt ꝯſiderādo feſtū qđ ibi fit. de quo fe-
ſto dicit ſaluatoꝛ noſter ih̄s xp̄s. Simile eſt re-
gnum celoꝝ homini regi qui fecit nuptias filio
ſuo. et miſit ſuos ſuos vocare inuitatos ad nu-
ptias ⁊ nolebant venire. Iteꝝ miſit alios ſuos
dicens. dicite inuitatis: Ecce pꝛandiū meuꝫ pa
raui thauri mei. ⁊ altilia occiſa ſūt. ⁊ omnia pa-
rata venite ad nuptias. Illi autē neglexerunt ⁊
abierunt. alius in villā ſuam. ali⁹ vero ad nego-
ciationē ſuā. Reliqui vero tenuerūt ſuos ei⁹ ⁊
contumelijs affectos occiderūt. Rex autē cum
audiſſet iratus eſt ⁊ miſſis exercitib⁹ ſuis ꝑdi-
dit homicidas illos ac ciuitatē illoꝝ ſuccendit
tunc ait ſeruis ſuis. Nuptie q̄dem parate ſunt.
ſ; q̄ inuitati erant non fuerunt digni ⁊c̄. Mat.
xxij. Cogita ſi palaciū regis ita paraṫ i nuptijs
p̄mogeniti q̄nto magis ⁊c̄. ¶ Quarta cōſideran
do p̄cium quod cōſtat. ſi eni vnus lapis pꝛecio
ſus cōſtaret mille milia floꝛenos eſtimas ⁊ opi-
naris de illo lapide q̄ multū valet. Modo co-
gita q̄ntum ꝯſtat regnum celi ꝓ quo xp̄s dedit
totā vitam ſuam ⁊ p̄cioſiſſimū ſanguinem ſuuꝫ
vt ipſum nobis emeret. Iſtis ꝯſiderationibus
ligatur coꝛda ita foꝛtiter q̄ ſi de⁹ diceret alicui
bene philocapto đ paradiſo. ab hinc vſq; ad an
nū aſcēdes mecū i celo. Ille reſpōderet. O dn̄e
⁊ tm̄ tarbdao ⁊ tm̄ habeo ſtare adhuc i iſto mū
do. O dn̄e adhuc. xxx. dies ſpectabo. dn̄e ſta-
tim faciatis me aſcēdere. ꝓpṫ hoc dicebat chꝛi
ſtus: Nunc iudiciuꝫ eſt mundi. ¶ Nunc p̄nceps
mundi hui⁹ eijcietur foꝛas. ⁊ ego ſi exaltatus fu

ero a terra omnia traham ad meip̄m. Joh. xij.
Nota nunc iudiciū eſt mūdi. ſcilicet vt ꝯtemna
tur. quia non ꝓ hominib⁹ ſed ꝓ beſtijs erat fa-
ctus. Sed ſum⁹ hic exules ex ꝑditione patris
noſtri Ade q̄ tradidit caſtrū diabolo. Nunc p̄n
ceps mundi ſcꝫ diabolus tyrannus eiciet foꝛas
ꝓpter mundi cōtemptum. Et ego ſi exaltat⁹ fu
ero a terra. Exaltat⁹ fuit xp̄s in cruce ⁊ in reſur
rectione ⁊ maxime in aſcēſione. Om̄ia traham
ad meip̄m ſcꝫ per odoꝛem celeſtialem. ¶ Tertia
coꝛda eſt timoꝛ infernalis vł iudicialis. iſta coꝛ-
da ligatur cogitando iudiciuꝫ ad quod opoꝛtet
ꝑſonaliter venire. Remediū ergo eſt ſicut đ la-
trone fugiente de furto in manib⁹ q̄ pꝛoicit fur-
tum lꝫ ſit carum ⁊ p̄cioſū. Ita debemus facere.
chꝛiſtus iudex inſequiṫ nos. qꝛ cito erit iudiciū
Jdeo ſi furat⁹ fuiſti aliquid ab eccl'ia decimas
a vaſallis ꝑ rapinam. paupꝑibus ꝑ vſuraꝫ. a ſer
uitoꝛibus ꝑ calūniaꝫ recipiēdo ſibi p̄cium labo
ris datam. vel al's per furtū ſecretum. aut male
emendo vel vendendo. aut aliquid inueniendo
ꝓijce furtū reſtituendo al's iudex inueniet te cū
furto in manibus ⁊ cōdemnabit te. Jđo time ħ
iudiciū. ⁊ poteris dicere cum dauid. Confige ti
moꝛe tuo carnes meas a iudicijs tuis timui. pſ̄.
cxviij. ¶ Nota exemplū de iuuene vano ⁊ pom
poſo ⁊ luxurioſo ſed coꝛda timoꝛis fuit tractus
ad deum. Dicaṫ quomodo ſomniauit ſe eſſe in
iudicio. ⁊ xp̄s interrogabat eum dicēdo. redde
rōneꝫ de vita tua ⁊c̄. Et ſubito effect⁹ fuit can⁹
⁊ de cetero emēdauit vitam ſuā. ⁊ fecit magnaꝫ
penitentiā. hinc diciṫ a xp̄o. In charitate ꝑpe-
tua dilexi te. ideo attraxi te miſerās. Hieremie.
xxxj. ¶ Quarta coꝛda eſt doloꝛ tēpoꝛalis Iſta ē
foꝛtioꝛ alijs. quādo nec amoꝛe diuino. nec ardo
re celeſti. nec timoꝛe iudicij trahunṫ. O diċ de⁹
expecta modicū: qꝛ ego ſaluabo te. ego faciā te
venire violenter. Recte facit deus ſicut bonus
pater. qui quādo fili⁹ non vult ire ad ſcholas fa
cit ip̄m venire ⁊ dat ſibi alapas. Ita facit deus
quot homīes ſunt in mūdo tam religioſi q̄ꝫ cleri
ci ⁊ laici qui in ꝓſperitate honoꝛe ⁊ ſanitate nō
curant de deo. domine non curetis đ me nec cu
rabo de vobis. o verbū infidele. O dicit deus.
vos venietis. ⁊ dat ſibi adūſitatē. doloꝛes infir
mitates. ꝑditionem bonoꝝ vel amicoꝝ. ꝑſecu-
tionem ⁊ iram dominoꝝ. ⁊ tūc reuertunṫ ad de
um. ⁊ dicūt hoꝛas ⁊ multas oꝛatiōes. vadūt ad
eccl'iam cōfitentur cōmunicāt ⁊c̄. Ecce qualiter
trahunṫ coꝛda doloꝛis tēpoꝛalis. Greg⁹. Ma-
la que nos hic p̄munt ad deum ire compellunt.
Ideꝫ de mulierib⁹. Erit aliqua mulier vana et
pōpoſa. q̄ totuꝫ tempus ⁊ ſtudiū ponit vt oꝛne-
tur perlis. aptat mām̄illas oſtēdit eas militib⁹
Sed q̄d facit deus de illis ꝑlis quas poꝛtat. po
nit vnam ſibi in oculo vel in carne q̄ reuertitur
lippa vel habebit caput ſcabioſum. vel habebit

aliam infirmitatez. vel habebit infirmitatẽ can-
cri in mãmilla. vel habebit malũ in tibijs. ⁊ tũc
non curant de tripudijs vel nupcijs. ſed quãdo
alie vadunt ad tripudia iþe vadunt ad ecclĩaz
Idem de muliere que vult dominari ſuꝑ virũ.
ſed maritus iþaz baculando humiliat eã. ⁊ tũc
recurret ad ỽginem mariam. adiuua me virgo
maria. ad religioſos vt orent deũ vt det ſibi pa
cem cum viro. Jđo deus pater dixit filio ſuo ie
ſu xp̃o Cõpelle intrare vt impleat̃ domus mea
Luc. xviij. Vel ſunt verba xp̃i ad angeluz. ve-
rum non cogit liberũ arbitriũ. ſed tribulatiões
⁊ aduerſitates cogunt hoiem venire ad deum.
deinde liberũ arbitriũ ꝯſentit. ꝓpter qđ ꝓpħa
in ꝑſona xp̃i dicit. Ego quaſi nutriciꝰ effraym
portabam eos in brachijs meis. ⁊ neſcierunt ꝙ
curarem eos. in funiculis adam trahabam eos in
vinculis charitatis. Ozee. xj. Nõ ego quaſi nu
tricius. nutrix eni vt videtis. aliquãdo demul-
cet puerũ. aliquãdo ỽberat vt amare vł timere
faciat. Jta xp̃s. Nota effraym. ¶ Nota hiſtoriã
de iacob. qui bñdixit duobus filijs Joſeph. ſcz
Manaſſẽ ⁊ Effraym. Geñ. xlviij. Jſti duo ma
naſſes ⁊ effraym ſignificabãt duos pp̃los. Ma-
naſſes p̃mogenitus ſignificabat populuz iudeo
rum. qꝛ manaſſes idem eſt ꝙ oblitus. Effraym
idem eſt ꝙ auctus vel augmentũ. ⁊ ſignificabat
populũ xp̃ianoꝝ. ꝗ habuit bñdictionẽ ꝓmiſſaz
ꝑ crucem. Jdeo dicit ego nutricius effraym. id
eſt populi xp̃iani cui per crucẽ dedit benedicti-
onẽ portabam eos in brachijs meis. quia pecca
ta noſtra iþa tulit. j. Pet. ij. Nota in funiculis
ade diminutiue. n õ dicit funibꝰ Ratio qꝛ pene
dolores ⁊ afflictiones huius mũdi nihil ſunt in
compatiõe penarũ inferni. ſicut nec gaudia mũ
di ſunt aliquid reſpectu gaudioꝝ paradiſi. Fu-
niculi eni Ade ſunt labores miſerie ⁊ paſſiones
huius mundi. ꝗbus deus trahit nos ad ſe: que
nihil ſunt reſpectu glorie. Jđo ait apl̃s. Nõ ſũt
cõdigne paſſiones huius tẽporis ad futurã glo
riam ꝗ reuelabit̃ in nobis. Naz ex peccato crea
ture reuelatõez filioꝝ dei expectat. vanitati eni
creatura ſubiecta ẽ non volens. ꝫ ꝓpter eũ qui
ſubiecit eaz in ſpe. qꝛ et iþa creatura liberabit̃ a
ſuitute corruptionis in libertatẽ gl'ie filioꝝ dei
Scimus eni ꝙ om̃is creatura ingemiſcit. ⁊ ptu
rit vſ ꝗ adhuc. non ſoluz autẽ illa. ſed ⁊ noſipſi
primicias ſpũs habentes. ⁊ ipi intra nos ⁊c̃. ad
Roma. viij. Rogemꝰ ergo dñz. vt aliqua iſtaꝝ
cordaꝝ. vł amore vel ⁊c̃. trahat nos ad ſe hic ꝑ
grãm ⁊ in futuro ꝑ gl'iam.

¶ Feria quinta ſermo.

Factũ eſt gaudiũ

magnũ in illa ciuitate. Actꝫ. viij. Nõ
dicit in qua ciuitate factũ eſt gaudiũ
Jdeo ꝓ declaratione huius ỽbi anagoice ſum-
pti. ſciendũ ꝙ inuenit̃ in ſacra ſcriptura clare ꝙ
in alio mũdo ſunt due magne ciuitates inter ſe
valde diuerſe ⁊ ꝯtrarie. ſcz ciuitas infernalis ⁊
ciuitas ſuꝑnalis. Et ecce cõtrarietas. quia in ci
uitate inferni nullũ eſt ibi gaudiũ nec leticia nec
ſolacium ſiue ꝯſolatio. ſed triſticia ⁊ dolor infi-
nitus. nihil eſt ibi de quo nõ doleant et triſtent̃
ciues iſtius ciuitatis. ¶ Primo triſtant̃ ꝺ bonis
huius mundi ꝗ fecerũt ſiue ꝗ ſunt in hoc mũdo
ꝓ eis facta. ſcz de om̃ibꝰ ieiunijs elemoſynis ⁊c̃
Ratio. qꝛ nihil ꝓficiunt. imo totum ꝑdiderũt.
Sicut ſi vnus homo ꝗ cum magnis ꝑiculis ⁊ la
boribus laborando acꝗſiuit multa bona. ⁊ poſt
illa bona cõburunt̃ vł ſibi furant̃ ꝗliter doleret
plus dolent dãnati. ¶ Scđo dolent ⁊ triſtant̃ ꝺ
malis ⁊ peccatis ꝗ fecerunt. non inꝗ̃tum offen-
derũt ⁊ iurauerũt diuinã maieſtatẽ. imo iſto re-
ſpectu voluiſſent aliꝗd feciſſe amplius. Sed tri
ſtant̃ inꝗ̃tuz ſunt cauſe ⁊ rõnes pene ⁊ mali eo
rum. ¶ Tertio dolent de gl'ia ſanctoꝝ. quaz mo
do vident clare ⁊ inuident dicẽdo O miſeri po
tuiſſemus habere illam gl'iam ſi tenuiſſemꝰ bo-
nam vitam. ⁊ ſic triſtant̃ ſicut triſtaret̃ famelicꝰ
videndo menſaz paratã plenã cibarijs ⁊ nõ au-
deret tangere. ita etiã. ¶ Quarto triſtant̃ ꝺ illis
ꝗ ſunt in inferno. Ratio. qꝛ ꝓ quolibet dãnato
augmentat̃ pena eoꝝ. Sicut ſi ticioni ardẽti ad
datur alia ticio magꝭ ardebit: ⁊ quando plures
addunt̃ ardet. Ecce aliquas cõditiones ciuita-
tis inferni a qua deꝰ nos ꝓſeruet. Jđo vos aul
ſo de bona hora ⁊ de bona vita. Jdeo in ꝑſona
dãnatoꝝ dicit Hieremias. cui fuit reuelata pe-
na inferni. Defecit gaudiũ cordis noſtri. ỽſus
eſt in luctũ chorus noſter. cecidit corona capitꝭ
noſtri. ve nobis qꝛ peccauimꝰ. Threñ. v. Si de
iſta ciuitate vellemꝰ loqui. oporteret ĩ themate
mutare vnũ ỽbum dicendo. Factum eſt tediuz
magnũ ĩ illa ciuitate infernali magna. ¶ Alia ci-
uitas eſt celeſtis in qua nõ eſt triſticia nec dolor
ꝫ leticia gaudiũ. iocunditas cõſolatio. de nullo
triſtant̃. Et p̃mo gaudent de bonis que in hoc
mundo fecerunt. vel corde cogitãdo. vel ore lo-
quendo. vel opere oꝑando. ꝓpter gl'iam quaz
habẽt ex iſtis. Item gaudent ⁊ letant̃ de malis
peccatis ꝗ fecerunt. nõ inꝗ̃tum ex illis offende
runt deũ. ſed qꝛ de illis fecerunt penitentiã ⁊ in
ꝗ̃tum deus liberauit eos ab illis dicẽdo. O be
nedictus deus. ego cõſueui eſſe ſuꝑbus. ꝫ deus
mutauit mihi cor ⁊ vixi humiliter. ⁊ ſic de alijs
peccatis de ꝗbꝰ gaudent. nõ quia iþa fecerunt:
ſed qꝛ ab his liberati fuerunt. ⁊ quanto peccata
fuerũt maiora. tanto gaudiũ eſt maius. Sic ma
rinarij ꝗ quãto de maiori ꝑiculo et fortuna eua-
ſerunt. quãdo ſunt in terra tãto magis gaudẽt.
Item gaudẽt de gloria ſanctoꝝ. Minor nõ in-
uidet maiori de gl'ia. imo letatur. qꝛ de gl'ia alte
rius augmẽtat̃ gl'ia ſua. ⁊ ꝗ̃to plures ſũt gl'ioſi

tanto magis augmentatᷣ gl̃ia. verbi gr̃a. Sicut
ſi candele accenſe addatᷣ cereus accenſus lumẽ
eſt maius. ⁊ ſi addanᷣ plures erit maius Item
gaudent de pena damnatoꝝ quam vident etiã
de patre ⁊ matre. vxore vel fratre ⁊c̃. nõ ꝙ gau
deant de malo ⁊ pena eorum. ſed de iuſticia dei
dicẽdo matri vl' patri. O pater vos eſtis ibi iu=
ſte. vos dãnauit iuſte deus. qꝛ vſurarius erat
latro vel luxurioſus. ⁊ dicũt vxori. O putana.
id ẽ. meretrix. vbi vos eſtis. ⁊ quãta feciſtis cõ
tra honorẽ meũ. ideo iuſta ẽ dãnatio. Ecce quõ
illi de ciuitate paradiſi habent ꝯtrarias ꝯditio
nes ab illis de inferno. Autoritas. Leticia ſem
piterna ſuꝑ capita eoꝝ gaudiũ ⁊ leticiã obtine/
bunt. ⁊ fugiet dolor ⁊ gemitus. Ego ipſe cõſola
bor vos. Quis tu vt timeas ab homie mortali.
⁊ a filio homis qui q̃ſi fenum ita areſcet. Eſa. lj.
¶ Nota ſuꝑ capita eoꝝ. quia tanta eſt leticia ſã/
ctorum ⁊ gloria ꝙ non poteſt cõprehendi. ideo
dic̃ ſuꝑ capita. gaudiũ ⁊ leticia differũt. qꝛ gau=
diũ ꝯſiſtit in corde ſine oſtenſione ad ex̃. leticia
autẽ non ſolũ in corde cõſiſtit. ſed ad extra oſtẽ
ditᷣ ſaltando cãtando Jdõ dicitᷣ leticia quaſi la
ticia. id ẽ. lata leticia. et fugiet dolor ⁊ gemitus
que differũt. quia dolor ꝯſiſtit in corde. gemit⁹
vero non ſolũ ꝯſiſtit in corde. ſ; ad extra oſtẽdi=
tur plangẽdo ſe. De iſta ciuitate loquitᷣ thema
nihil mutãdo dicens: Factũ eſt gaudiũ magnũ
in illa ciuitate ſcilꝫ paradiſi. patet ergo thema.
Amore veſtri ego q̃ſiui in ſacra ſcriptura. q̃t ſũt
ꝯditiões bonaꝝ ꝑſonaꝝ in hoc mũdo bñ viuẽ/
tiũ. de q̃bus fit magnũ feſtũ i illa ciuitate para/
diſi. ⁊ inueni ꝙ q̃nqꝫ ſunt de ꝑſonis ſcꝫ.

- ¶ Perſone pure innocentes.
- ¶ Plene obedientes.
- ¶ Digne penitentes.
- ¶ Firmiter patientes.
- ¶ Juſte ꝑ̃ſidentes.

¶ De qualibet cõditionũ iſtaꝝ dicit thema. Fa=
ctum eſt gaudiũ magnũ in illa ciuitate. ¶ Dico
ꝙ magnũ gaudiũ fit in ciuitate paradiſi de ꝑſo
nis pure innocẽtib⁹. ſcꝫ que nunq̃ꝫ peccauerũt
nec mortaliter. nec venialiter. nec corde cogitã=
do. nec ore loquẽdo. nec opere faciẽdo De iſtis
autẽ ꝑſonis nulla eſt nec fuit vnq̃ꝫ niſi chriſtus
⁊ virgo maria. De alijs autẽ nunq̃ꝫ fuit aliquis
ſanctus. nec ꝓpheta. nec patriarcha. apoſtol⁹.
ſiue martyr q̃n habuerunt maculam peccati ve
nialis vel mortalis. Que ſunt ergo ꝑſone inno
centes pure. Dico ꝙ pueri ſolum q̃ diſcedũt an
teq̃ꝫ peccẽt. qui aqua baptiſmi fuerũt purificati
de originali. q̃n eni moriunᷣ de eis fit feſtũ ma/
gnũ in toto regno ſcꝫ celo. Vultis intelligere h̃
feſtum. ſicut quãdo rex de regina vxore ſua ha=
bet filiũ ꝑ̃mogenitũ q̃n naſcitᷣ fit magnũ feſtum
in toto regno. ⁊ dꝛ regi. ꝓſit vobis filius. Ma/
ius feſtum fit q̃n regina ſcilꝫ eccl'ia ſponſa regis
xp̃i mittit ſibi filiũ vnũ. De iſtis pueris innocẽ/
tibus dicitᷣ xp̃o. ꝓſit vobis filius. gaudet totũ
regnũ celeſte De iſta materia autoritas anagoi
ce. mulier cum parit habet triſticiã. qꝛ venit ho
ra eius. cuꝫ aũt peperit filiũ iam nõ meminit ꝑ̃ſ/
ſure propter gaudiuꝫ. quia natus eſt homo in
mundũ. Joh. xvj. In iſta autoritate xp̃s cõpa
rat mortẽ pueroꝝ ꝑtui. Ratio eſt ex aliquib⁹ ſi
militudinib⁹ Primo qꝛ q̃n creatura naſcitᷣ exit
de loco ſtricto ⁊ intrat locũ latũ ſcꝫ mundũ Ita
q̃n creatura moritᷣ. exit de loco ſtricto iſti⁹ mun
di ⁊ intrat locũ altiſſimũ ſcꝫ celi. qꝛ ſicut pũctus
eſt quaſi nihil reſpectu circũferẽtie. Ita terra ẽ
niſi punctus reſpectu celi. ¶ Scd̃o qꝛ q̃n creatu
ra naſcitᷣ exit de loco tenebroſo. ſcꝫ vtero. et in/
trat locũ clarũ in mundũ Ita quãdo moritᷣ exit
de loco tenebroſo iſtius mũdi. nobis autẽ vide=
tur clarius et etiã nox viderᷣ clara noctue. ſꝫ q̃n
intrat claritatẽ ꝑadiſi tunc cognoſcit quid h̃ ſit.
¶ Tertio q̃n naſcitᷣ exit de loco maculoſo. q̃t cor
ruptiones ſũt in vtero vxoris ⁊ viri. ⁊ intrat lo
cum pulchrũ. Ita quãdo moritᷣ exit de h̃ mun=
do imũdo ⁊ maculoſo. q̃t ſunt macule peccato/
rũ. ⁊ intrat locum purũ clarũ ⁊ mũdũ ¶ Quar/
to exit de loco periculoſo. quot ꝑicula trãſit cre
atura de vtero matris. et intrat mundũ. in quo
lꝫ ſint multa ꝑicula non tamẽ tot. Ita q̃n moritᷣ
exit de hoc mũdo periculoſo. Berñ. Periculũ
huius mũdi ꝓbat trãſeũtiũ paucitas: ⁊ pereun
tiũ pluralitas. In mari marſilie de q̃ttuor naut
bus vix vna euadit. Ex mari hui⁹ mũdi vix de
q̃ttuor aiabus vna euadit. ¶ Quinto naſcitᷣ cuꝫ
dolorib⁹. qꝛ dolores ꝑtus ſũt poſt dolores mor
tis maiores. Ita cum dolorib⁹ tranſit de h̃ mũ/
do ad gl̃iaꝫ Dauid. ibi. ſcꝫ in morte dolores vt
ꝑturientis in ſpũ vehemẽti. ps̃. xlvij. Ecce q̃re
xp̃s mortem creature comparat ꝑtui mulieris.
Cũ autẽ peperit q̃n iam eſt in paradiſo nõ me=
minit preſſure ꝓpter gaudiũ. ꝓprie celuꝫ empi=
reũ dꝛ mundus ſcꝫ a mũdicia Moraliter. habe
tis hic doctrinã ne multũ ploretis. q̃n pueri ve=
ſtri parui moriunᷣ. Sꝫ q̃ſi ꝓ gr̃aꝝ actiõe ꝓijci/
atis ſex vel octo lachrymas dicẽdo Fili ora pro
me. Benedict⁹ deus: qꝛ habeo vnũ camerariũ
in celo. Et nunq̃d placeret vobis ſi rex francie
trãſiens ꝑ iſtam villã ⁊ videret filiũ veſtrum ſi/
bi gratiſſimũ reciperet eum ꝓ curia ſua. ⁊ ipm in=
dueret ſtatim de auro ⁊ ſerico. ⁊ faceret eũ mili
tem ⁊ comitẽ. haberetis vos triſticiaꝫ de hoc. nõ
ꝓfecto. ſ; gaudiũ et leticiã. dicẽdo. O gr̃as deo
⁊c̃. Idẽ de regina recipiẽte filiã veſtraꝫ. Sꝫ plo
raretis ex leticia parũ. qꝛ naturale eſt ꝙ receſſus
a pñtia veſtra dat doloreꝫ. Sic q̃n rex gl̃ie xp̃s
recipit filiũ veſtrũ. tunc trãſit ꝑ iſtam villam. et
ducit ſecũ. ſtatim induitᷣ d' auro ſcꝫ de veſte glo
rie. et ſtatim fit maior dñs q̃ꝫ vnq̃ꝫ fuerit in hoc
mũdo papa vel imperator. maior eni eſt gloria

minoris q̄ eſt in paradiſo q̄ȝ pape vel imperato
ris. Ideo magnū peccatuȝ eſt de illis q̄ faciunt
magnū planctū ⁊ triſticiā de illis pueris cuȝ de
beretis facere de eis maius feſtuȝ q̄ȝ de magnis
in die nuptiaꝝ. Idō apl's. Nolumus vos igno
rare de dormientibꝰ. id eſt. innocēter in chriſto
quieſcentibꝰ vt non ꝯtriſtemini ſicut ceteri qui
ſpem non habent. j. Theſſal'. iiij. Secūda cōdi
tio pſonarum de q̄bus fit feſtum in celo eſt me-
lior. ſcȝ de pſonis plene obedientibꝰ. ſicut ſūt il
li qui quādo habēt etatē diſcretionis recipiunt
ppoſitū ante mortē ſuſtinere q̄ȝ facere ꝯtra vo/
luntatem ⁊ mandatū dei. ⁊ ſic cōſeruant ſe ī pu
ritate baptiſmali. gratiā augmentando. Nolūt
ſe regere ſm ſenſualitatē et eorū inclinationē. ſ
ſm dei voluntateȝ. dicendo: domine ego incli-
natus ſum ad ſupbiam. ſed video q̄ vos domi
ne p̄cepiſtis humilitatē. idō volo viuere humi-
liter. ⁊ ſic ꝺ aliȷs. De iſtis talibꝰ fit magnū feſtū
in celo. qui quādo vident q̄ homo ſic ſe ꝯſeruat
q̄ p nullo lucro officio dignitate ſeu honore fa
ciat cōtra dei mandatū. imo quādo dicitur eis.
vos poſſetis lucrari tot florenos ſi faceretis fal
ſum iurameutū. dicunt hoc eſſe peccatū morta-
le. q̄d pdeſt homini ſi vniuerſū munduȝ lucret̄
⁊c̄. Item ſi dicit̄ eis. vos poſſetis habere placi-
tum cum tali muliere ⁊c̄. dicūt nolo placitū. qꝺ
tm̄ cōſtaret mihi. quia eſſem dānatus. Ideȝ de
vindicta inimicoꝝ. Sancti ꝺ tali faciūt magnū
gaudium in celo ⁊c̄. Declaro p taleȝ ſimilitudi
nem. Si rex mitteret vnuȝ militē ex ſuis int̄ ini
micos ſuos. qui multis modis tēptarēt militeȝ
vt faceret contra regē pmittendo ſibi honores
officia diuicias ⁊c̄. Ipſe autē miles tanq̄ȝ bonꝰ
et fidelis dicit. mihi non placet. quia nullo mo/
do faciam. quia hoc eſſet cōtra honorem regis.
Quādo talis miles reuertitur ad curiam. ⁊ oēs
ſcient ſuam fidelitatē. omnes faciūt ſibi magnū
feſtum ⁊ gaudiū. ita deus miſit nos in hoc mū/
do inter inimicos. Qui eni vult bene viuere ille
hȝ multos inimicos. Primo carnē. quia caro
ſemp inducit ⁊ inclinat ad ea que ſunt cōtra dei
honorem. Secūdo ſenſus corpis iteriores ⁊ ex
teriores. ab extra autē ſunt demones. ⁊ occaſio
nes peccandi. ⁊ ꝯtradictiōes. vir ꝯtradicit vxo
ri. ⁊ ecōuerſo. pater filiȷs. ⁊ frater frati ⁊c̄. Si vo
lunt tenere bonā vitā ⁊ facere penitētiaȝ. tūc vt
ait dominꝰ. Inimici eius domeſtici eiꝰ. Mat.
x. Qui ergo ſcit prudenter ſe ꝯſeruare inter tot
inimicos. nec facit cōtra dei honorē. nec eundo
ad diuinos p aliqua neceſſitate. ⁊ ſic de aliȷs p̄-
ceptis. Quādo talis venit ad curiaȝ celi. fit ſibi
magnū feſtū dicente ſibi xp̄o. Euge ſue bone ⁊
fidelis ⁊c̄. Mat. xxv. Nō euge interiectio gau
detis. Serue bone. q̄ȝ tenuiſti bonā vitam. ⁊ fi-
delis. q̄ȝ nihil feciſti ꝯtra honorē meū. Morali
ter inſtruimur vt ſuemus dei mādata. quia ali

ter nō poſſemꝰ paradiſum intrare. Ratio. quia
ſuus qui non facit voluntatē domini non cōſe-
quitur ſolidatam ſiue ſalariū. Sic nos om̄es ſu
mus captiui xp̄i. qui p ſolidata ſiue ſtipēdio p
mittit nobis regnū celeſte ſi bene ſuiemus ſibi
Idō xp̄s. Si vis ad vitam ingredi ſerua man/
data Matth. xix. De obediētibꝰ ergo dicit the
ma. Factū eſt gaudiū magnū ⁊c̄. Tertia cōdi-
tio eſt de pſonis digne penitentibꝰ q̄ pdiderunt
puram innocentiā. ⁊ multociens fecerunt ꝯtra
dei mādata. Remediū qꝺ habent ex digna pe-
nitentia. que habet duo. Primū eſt afflictio cor
poralis. Secūduȝ ē diſcretio intellectualis. De
pmo exemplū eſt caſtigare carnē dicendo. dn̄e
iſta caro fecit me peccare. ego eam caſtigabo et
recipiam ciliciū aut diſciplinā. Ideo xp̄s dicit
facite fructus dignos penitētie. Luc. iij. gloſa.
q̄ȝ iuxta modū ⁊ q̄ꝫtitatem peccatorū. debet eſſe
penitētia. qui eni plus peccauit maiorē tenetur
facere penitentiā. Scd̄o requirit̄ diſcretio intel
lectualis ne ex afflictiōe pdatur maius bonum
ſcȝ ex nimia vigilia pdat ſermonē. vel ex nimio
ieiunio rōnem que eſt melior. Item ne ex nimia
penitētia pars iniuriet̄. talis debet eſſe q̄ nō ſit
p̄iudicatiua parti. Idō diſcrete debet fieri. q̄li-
bet ſcit q̄ꝫtum poteſt portare aſinus ſuus in tan
ta via. De iſta materia dixit talem ſimilitudinē
Que mulier habens dragmas decē. ⁊ ſi pdide
rit dragmā vnam nōne accendit lucernā ⁊ euer
tit domū ⁊ q̄rit diligenter donec inueniat. vſq̄ȝ
ſuper vno peccatore penitētiā agente. Luc. xv
Mulier iſta ſignificat pſonaȝ obedientē ad de
cem p̄cepta. que ſūt quaſi decem dragme. q̄ au-
ree ſunt. quia eis emitur regnum celorū. perdit
dragmā vnam quādo peccat contra vnū prece-
ptum. vel pmum vel ſcd̄m ⁊c̄. Et euertit domū
cordis quā oportet facē q̄ttuor vt fecit illa muli
er. que pmo accendit lucernā. Ecce cognitio pec
catorū. Scd̄o euertit domū. Ecce contritio pec
catorū. quādo dicet. O miſer ego ſū religioſus
vel clericus. vel vxoratꝰ ⁊c̄. ⁊ euertit domū cor
dis. de his dolendo de quibus fuit delectatus.
Tertio ⁊ q̄rit diligenter. Ecce hic confeſſio vbi
querunt̄ peccata dicēdo. pater ego peccaui cor
de cogitando hec ⁊ illa ⁊c̄. Ore loquēdo ꝺ iſtis
⁊ de illis ⁊c̄. Opere faciendo. quia omiſi p me/
am maliciā talia p̄cepta. ⁊ tali modo cōmiſi pec
cata. ſic p ordinem ⁊ tempus ⁊ locū ⁊c̄. que req̄-
runtur. Quarto inuenit dragmā ſcȝ gratiā dei.
quādo abſoluitur a cōfeſſore. dicēdo: ego te ab-
ſoluo ⁊c̄. Et tunc gaudēt ſancti. quia gaudium
eſt angelis dei ſuper vno peccatore penitētiam
agente. ergo factum eſt gaudium magnum ⁊c̄.
Quarta eſt de pſonis firmiter patiētibꝰ. quia
quādo habēt aduerſitates patient̄ eas ſuſtinēt
dicendo. domine ex quo vobis placet. quia al's
iſta mihi non euenirent. placet mihi etiam. vos

dediſtis mihi iſtaȝ infirmitatē. ſed in celo dabi
tis mihi plenam ſanitatem. quia ego modo ha/
beo patientiā. Idem de pauptate ſpero domi=
ne ꝙ ero diues in paradiſo. ⁊ de illa aduerſita/
te recipiūt amaritudinē cordis. nec murmurāt
contra deum. De talibus fit magnū gaudiuȝ in
paradiſo. Autoritas. Beati eritis cum oderint
vos homies. ⁊ cuȝ ſepauerint ⁊ eiecerint nomē
veſtrū tāꝗ̄ malum. gaudete ⁊ exultate. ecce eni
merces veſtra multa ē in celo. Luc. vj. Ex iſta
ratione dicebat iacobus. Omne gaudiū exiſti/
mate fratres mei. cum in temptationibꝰ varijs
incideritis. ſcientes ꝙ ꝓbatio fidei veſtre pati/
entiam operat᷑. Patientia autē opus pfectum
habet. vt ſitis pfecti ⁊ integri i nullo deficiētes.
Iac. j. ¶ Quinta eſt ꝺ pſonis iuſte pſidentibus
ſicut ſunt omnes illi q̄ iuſte regunt populū ſuū
ſiue ſint domini ſiue officiales. Iuſte pſidere re
q̄rit. Primo vt intret p portam ꝙ nō ſint intru
ſi p potentiā ꝓpter nobilitatem ⁊c. Secūdo vt
quādo ſunt intus ſeruent iuramētū qđ fecerūt
in ingreſſu de iuſticia ſeruāda. ⁊ de vtilitate rei
publice cuſtodienda corrigendo vitam malam
⁊ peccata notoria. Idem dico de plātis eccleſia
ſticis. qui quādo ſunt intus. magis curēt ꝺ ani=
mabus ꝗ̄ de redditibꝰ. De talibꝰ autē magnuȝ
feſtum fit in celo Autoritas. Que eſt eni noſtra
ſpes aut gaudium. aut corona glorie. nōne vos
ante dominū noſtrū ieſum xp̄m. eſtis in aduētu
eius. vos eni eſtis gloria noſtra et gaudium. j.
Theſſal. ij. Ecce qualiter dicit thema. Factuȝ
eſt gaudiū magnū in illa ciuitate. Secus eſt de
malis rectoribꝰ. melius fuiſſet eis ſi fuiſſent pa=
ſtores porcorū. q2 maiorē dānationē habebunt
ꝗ̄ homicide qn̄ faciūt cōtra illud iuramentum.
Ideo auiſetis vos ⁊c.

¶ Feria ſexta poſt pentecoſtes ſermo.

NE derelinquas
animā meā i inferno. Actl. ij. ⁊ pſ.
xv. Pro huiꝰ verbi declaratiōe ⁊
materie introductiōe. Sciendū ꝙ
de inferno loqui poſſumꝰ dupliciter ſcilȝ vł per
cōparationem ad maliciam damnatoꝝ vel per
compationem ad iuſticiā diuinaȝ. Si capiatur
cōparatiue ad dānationē nullꝰ ē ibi ordo nec or
dinatio aliq̄ nec charitatis nec amicicie nec pru
dentie. nec corde diligendo. nec ore loquendo.
q2 non diligunt deū. Primo vellent ꝙ deꝰ an=
nihilaret᷑. nec diligūt ꝓximū. imo vnus contra
alium dedignat᷑. Nec filij diligūt parentes. nec
ecōuerſo. imo vnus ꝟberat alium dicēs: O mi
ſer o traditor. dicit filius patri p te ſum dānatꝰ.
O maledicte pater quare me genuiſti O infelix
mater quare me pepiſti. maledicta hora in qua
natus ſum. vnde Iob. iij. Pereat dies in q̄ na/
tus ſum. Et tunc cōuerſo parentes aiunt filijs.
O neq̄ſſime q2 voluimꝰ p te cōgregare ſumus
h damnati. maledicta hora ⁊c. ¶ Et nō quomo=
do cōcubine ſacerdotū loquunt᷑ dominis ſuis.
q2 neſciūt loqui amicabiliter inter ſe. ⁊ ſic ſemp
blaſphemāt deum ⁊ ſeipos maledicūt. ita ꝙ in
ore eoꝝ nulla eſt ordinatio. ſed ōis blaſphemiā
Auctas Apoc. xvj. ca. Eſtuauerūt hoīes eſtū
magno et blaſphemauerūt nomē dei habentis
poteſtatē ſup plagas has. neq3 egerunt penitē
tiam vt darent illi gloriā. nec eſt ibi ordo reuerē
tie nec amicicie. imo vt dixi inuadūt ſeinuicem
pcutiendo quāto amores fuerunt maiores ⁊ ar
dentiores ad inuicē. tāto magis ſūt ibi i ſeipſos
crudeliores ⁊ magis ſe odiūt. Ideo ꝗ̄tū ad ma
liciam dānatorū nullus eſt ibi ordo. vnde Iob
de inferno loquēs dicit. Ubi vmbra mortis et
nullus ordo. ſed ſempiternus horror inhabitat
Iob. x. ¶ Secūdo ſi volumꝰ loqui de inferno ꝗ̄
tum ad iuſticiā diuinā eſt ibi ordo dans penam
iuxta maliciā peccatoꝝ. Autoritas. Deut. xxv
Pro menſura peccati erit ⁊ plagaꝝ modus Et
Eſa. xxvij. In menſura cōtra menſurā cum ab=
ſecta fuerit iudicabit eaȝ ſcȝ animā a corpore ſe/
paratam. Iteȝ autoritas noui teſtamēti Apoc.
xviij. Quātum glorificauit ſe et in delicijs fuit.
tantū dat ei tormentuȝ ⁊ luctū. Ecce ordinatio
ſm iuſticiā dei. vnde ad Roma. xiij. q̄ a deo ſūt
ordinata ſunt. Cuȝ ergo pene inferni ſint a deo
oporteret dicere ꝙ ibi ſit ordinatio reſpectu di=
uine iuſticie. Et de iſta ordinatione volo vobis
pdicare auiſando vos. vt quilibet veſtrum di=
cat orando. Domine ne derelinquas aiaȝ meaȝ
in inferno. q2 ſic fuit thema. Unde notanduȝ ꝙ
ordinatio inferni oppoſita eſt ordinationi para/
diſi celi. Primus in celo eſt ordo angeloꝝ aſcē/
dendo. Scōs archangelorū ⁊c. ⁊ illi ſp qui tē/
nent in h mundo bonā vitam ibidē ſm eoꝝ me=
rita collocabunt᷑. et ſic ſm theologiā in celo ſūt
nouem ordines angeloꝝ. ⁊ in quolibet ſunt aīi
me ſancte ſm ꝙ meruerunt. Sic pre oppoſitum
in inferno ſunt nouē carceres demonū vbi col/
locant᷑ etiam anime damnatorū. De iſtis nouē
ordinibꝰ angelorū lucifer fuit ſūmꝰ ⁊ pulchrior
vt dicit Gregꝰ. Qui vidēt ſe in tanta excellētia
ſup alios voluit deo eq̄parari. ⁊ hoc reuelauit
dicens. Ecce q̄d vobis videt᷑ erit bonuȝ ꝙ ego
aſcendā ⁊c. ⁊ multi de quolibet ordine conceſſe
runt ⁊ ceciderūt. vt faciunt hodie multi in mun
do adulatores dominis terrenis. ⁊ cadūt ſepe.
ſed ſanctus michael gabriel raphael. ⁊ mlti alij
infiniti audiētes hoc noluerūt conſentire ꝙ cre
atura equipararetur creatori ſuo. Ido fuit ibi pri
mū bellum. dicente domino illud pſ. x. ¶ Nō ha
bitabit in medio domus mee qui facit ſupbiam
extra pditor. Ideo demon non aliud eſt ꝗ̄ an/
gelus malꝰ. De iſto plio dicitur Apoc. xij. Fa/
ctum eſt plium magnū in celo. mihael et angeli

eius p̄liabantur cum dracone .et draco pugna/
bat ⁊ angeli. ⁊ non valuerũt neqꝫ locus ampli=
us inuentus eſt in celo. O ꝙ̄ magnum p̄lium ſi
cut ſi ex vna parte eſſent centum milia . ⁊ ex alia
decies centũ milia. plures fuerũt angeli ꝙ̄ mo/
do ſunt homines in mũdo . ⁊ ideo nunꝙ̄ fuit in
mundo tam magnũ p̄lium. ¶ Nota draco dicit
lucifer qui deuorauit alios angelos malos qui
quãto in celo fuerũt altiores et digniores. tãto
ſunt in inferno ꝓfundiores. ¶ Nota ſimilitudi/
nem de lãcea. ſi homo teneat lanceã in manu ſu
per montem et in ferro ſeorſum ponant̃ mille li
bre plumbi. ſi lancea ꝓijciatur de alto. tunc plũ
bum ponderoſum faciet lanceã deſcendere ve=
locius ⁊ ꝓfundi⁹ in baſſo ⁊ ſic cadet ꝓpter plũ=
bum in inferiori et ꝓfundiori loco . Sic lucifer
erat ſublimior. ⁊ ideo cõfuſibilior ⁊ durius ver
ſus eſt ꝓpter plumbũ ſue ſuperbie . ⁊ plus pon
derabat in peccato. Jdeo deſcendit in inferiori
loco Eſa. xiiij. Quomodo cecidiſti de celo luci/
fer qui mane oriebaris. ſcilicet in celo. corruiſti
in terram ſcilicet infernalẽ. q̄ vulnerabas gẽtes
ſcilicꝫ malos angelos. qui dicebas in corde tuo
ſcilicet ꝓpter tuam magnaꝫ ſupbiam . in celum
aſcendam. ſcꝫ empirreum ſuper aſtra dei. id eſt
ſup omnes alios angelos exaltabo ſolium meũ
ſcꝫ nomen meũ. ſedebo in monte teſtamenti. ſcꝫ
in paradiſo. aſcendam ſup altitudinẽ nubium ⁊
ſimilis ero altiſſimo. non ſic impij non ſic. verũ=
tamẽ ad infernuꝫ detraheris in ꝓfundum laci.
q̄ ſcilꝫ in vltimo carcere inferni ẽ dãnatus . Ut
ergo ſimus ſuper cuſtodiaꝫ noſtram fugiendo
vicia ⁊ v̄tutes acquirendo .et vt caueamus ab
alijs carceribus dicam⁹ cum ꝓpheta. Nec dere
linquas animã meã in inferno ¶ Chariſſimi volo
vobis oſtendere ⁊ dicere ꝙ ſunt nouẽ modi ma
le vite in hoc mũdo. ⁊ illi q̄ tenent p̄mũ modum
male vite peccati. vadũt ad p̄mũ carcerẽ . ⁊ q̄ te
nent ſcõm vadũt ad ſcõm ⁊c̃.

¶ Prim⁹ modus male vite ẽ carnalis ꝯũſatio.
¶ Scõs ſpũalis indeuotio.
¶ Tertius crudelis incõpaſſio.
¶ Quartus mirabilis impatiẽtia.
¶ Quintus implacabilis diſcordia.
¶ Sextus tyrãnicalis p̄ſidentia.
¶ Septimus ſpũalis vſurpatio.
¶ Octauus fidei derelictio.
¶ Nonus dei abominatio.

Prim⁹ modus male vite in hoc mundo ad eun
dum ad primuꝫ carcerẽ inferni eſt carnalis con
uerſatio. quo ad corpus. quẽ tenent illi qui non
curant de anima . ſed totã diligentiã ponunt in
corpore. ſcꝫ bene comedendo bibendo viſitãdo
tabernas ⁊c̃. q̄ taliter in hoc mundo delectant̃.
Hic practice modũ quãdo tales ſũt in articulo
mortis. diabolus q̄ fecit eos peccare vidẽs hoc
cum feſtinatione vadit ad infernũ coram lucife
ro dicẽs: O domine maledicte. tũc reſpõdet lu=
cifer q̄d vis miſerrime . talis eſt ĩ articulo morti
quem feci peccare tali peccato mortali. O dicit
lucifer. Jam cito vadatis. Tunc veniũt om̄es
ad iſtum ⁊ inueniũt ibi bonum angelũ ſuum. et
dicunt ei. recede: q̄ nihil habes in iſto homine
quia noſter eſt. nunq̄d fecit tale peccatũ. Et an=
gel⁹ reſpondet eis. adhuc poteſt penitere. O di
cunt nimis tarde eſt. ¶ Nota hic bene cauſas q̄/
re vix aut nũꝙ̄ poteſt aliquis taliter agonizãs
vere penitere ⁊ veram ꝯtritionem habere ꝓpt̃
multa impedimenta . dic vt ſcis Et tunc quãdo
iſta anima exit a corpore demones rapiũt eam
ſicut leo ouem . ⁊ ſicut falco auem. dicentes: O
miſera maledicta q̄ ſic peccaſti. Jam nobiſcum
eris ineternũ. tibi dabimus qd̄ meruiſti. ⁊ ſic eã
cuꝫ cathenis. ⁊ magnis vlulatibus deducũt in
infernũ. ⁊ ponunt eam in p̄mum carcerẽ inferni
Si ergo vultis euadere iſtũ carcerẽ . caueatis a
carnali cõuerſatione dando ſoluꝫ neceſſitatem
vite humane vitando ſuperfluitatem . et agen/
do penitentiã. quia corporalis afflictio erit ĩ pri
mo ordine in gloria ſcꝫ cum angelis. Jdeo chri/
ſtus cõtrarium facientibus ait Luc̃. xiij. Dico
vobis niſi penitentiã egeritis ſcꝫ refrenãdo cor
pus freno abſtinentie ⁊ penitẽtie omnes peribi
tis. ſic̃ diues epulo. De quo domin⁹ Luc̃ .xvj.
Mortuus eſt diues et ſepultus in inferno. Sꝫ
hic videmus vnum magnũ ſecretũ. quare dam
natio iſtius diuitis vocat̃ ſepultura. cũ certum
ſit ꝙ eius corpus nõ ſit ſepultũ in inferno . imo
corruptũ eſt in terra. Dico ꝙ ꝓpter tres ſimili=
tudines ſepultura inferni comparat̃ ſepulture
mortui in hoc mũdo. Jdeo dãnatio in inferno
dicit̃ ſepultura. ¶ Primo q̄ quãdo morit̃ vna
ꝑſona notabilis aliquis amicorũ ſuoꝝ imedia=
te vadit ad denunciãdũ curato ⁊ alijs ſacerdo/
tibus eccl̃ie. et tunc p̄ſbyteri cõmouent̃ dicẽtes
eam⁹ eam⁹ ⁊c̃. Similiter ẽ in inferno . q̄ quãdo
talis moritur denũciatur lucifero p̄lato inferni
ꝑ illuꝫ q̄ fecit eum peccare vt ſupra dixi . et tunc
lucifer ⁊ alij demones cõmouent̃ ⁊ faciũt rumo
rem magnum. Eſa. xiiij. Jnfernus ſubtus con=
turbatus eſt in occurſũ aduent⁹ tui ſuſcitabunt
tibi gigãtes. Secũda ſimilitudo . quia p̄ſbyteri
vadunt ad domũ defuncti. vt portent euꝫ ad ec
cleſiam cum cruce ⁊ ornamentis cantãdo plan/
ctus ⁊ cantum doloris. Similiter demones ve=
niunt ad domũ peccatoꝝ ⁊ portãt animã ad in=
fernũ cum cruce inferni. q̄ ẽ circulus pſ̃. xj. Jn
circuitu impij ambulãt. ⁊ cantant cantus horri
biles ſicut venatores quãdo volũt cape p̄dam.
vnde Prouẽ. xxj. Uir qui errauerit a via doctri
ne in cetu gigãtiũ cõmorabitur . via doctrine di
citur via penitẽtie. q̄ illam xp̄s docuit. Mat.
iiij. Penitentiã agite ⁊c̃ gigantes ſunt diaboli
quia ſunt magne ſtature . quia minor diabolus

inferni eſt maior turri vł arbore exiſtente in mū=
do. Tertia ſimilitudo eſt. quia ſicut fiunt diuer=
ſe ſepulture mortuoꝝ ſm diuerſos ſtatus perſo
narū. ſic in inferno ſūt diuerſe ſepulture. Unde
Ezech. xxxij. nominātur ſeptē ſepulture infer=
ni. ibi aſſur. ibi elam. ibi moſoth. ibi tubal. ibi
ydumea. ibi aq̄lo. ibi pharao ſepultura ē. ¶ No=
tandum ibi ſeptē ſepulturas. Prima aſſur. qđ i
terp̄tatur nemus. ⁊ eſt ſupbia. Elam iterpreta=
tur abiectio in cōgregatione. ⁊ ē auaricia. Mo
ſoth interp̄tatur captiuatio. ⁊ eſt luxuria. Ydu=
mea interp̄tatur ſanguinolenta. ⁊ eſt gula. Aq̄l
lo interpretatur p̄turiens. ⁊ eſt ira. Tubal inter
pretatur fletus. ⁊ eſt inuidia. Pharao idē eſt ꝙ
denudabit̄. ⁊ eſt accidia. Ponā p̄mo ydumeā
ſm ordinem penarū damnatorū qui interpreta
tur ſanguinolēta. quia tales ſunt carnales gulo
ſi. per peccatū illđ totū corp⁹ ⁊ ſanguis corrūpi
tur et abbreuiat̄ vita et generant̄ infirmitates.
Unde Eccī. xxxij. In multis eſcis erit infirmi/
tas. qđ patꝫ clare. quia antiq̄tus viuebāt p̄ mul
ta tēpora. vt patet de adam. matuſalē. ⁊ noe. et
non comedebāt niſi panem ⁊ aquā. herbas ⁊ fru
ctus terre. nec bibebant vinū. nec comedebant
carnes. ſed nos miſeri ⁊c̄. Tales ſepeliunt̄ i in/
ferno in p̄mo ordine demonū i puteo pleno cal
ce viua In tali ſepulcro fuit ſepultus ille diues
Luc̄. xvj. nec potuit obtinere guttam aque: nec
vnq̄ obtinebit ¶ Calx viua de ſuā natura con/
ſumit om̄ia illa cū quo poſita ſit. ſic guloſi ⁊ car
nales de cibis ⁊ potibus ꝯſumunt corpus ⁊ ani
mā ⁊ bona tēporalia de q̄bus pauperes bene vi
uerent. Jđo Sap̄. xj. Per que quis peccat. p̄ h
⁊ puniet̄ ⁊c̄. ¶ Scđs modus male vite eſt ſpiri/
tualis indeuotio quo ad animā. multi ſunt qui
nullā deuotionē in ſua anima habent ad deum.
nec ſciunt orare recte. ſed ſi loquerent̄ cum prin
cipe aliquo tēporali. bene ſcirēt flectere genua.
ſed cum xp̄o vel v̄gine maria vix niſi ſe induen=
do vel calciādo qđ nunq̄ auſi eſſent facere corā
rege tēporali. vel regina. ⁊ credēdū eſt ꝙ oratio
eoꝝ non aſcendit. quia neſciūt q̄d dicūt. nā ora/
tio eſt aſcenſus mētis in deū. vt dicit Damaſce
nus. nec tales miſſam audiunt niſi p̄us potaue/
runt aut reſpiciūt mulieres viros. ⁊ econuerſo.
vel loquūt̄ ad inuicē de malo ſuo. nec ꝯfitentur
aut cōmunicāt tēpore debito. Itē de eccleſiaſti=
cis non dicendo officiū niſi confuſe ⁊ indeuote.
nō celebrāt niſi p̄ ꝓprio comodo ⁊c̄. ⁊ tūc dicūt
duas miſſas et libenter dicerent tres ſi poſſent
quādo tales moriunt̄ portātur in ſecūdo car ce/
re a demonib⁹ qui ceciderūt đ ſecūdo ordine ſci
licet archangeloꝝ. Jdeo pſ̄. lxxij. Ecce qui elō=
gant ſe a te peribūt ſcꝫ p̄ indeuotionem ſicut ho
mo p̄ deuotionem appropinquat deo. ⁊ iſtis de=
betur ſepultura pharao. qđ ideꝫ ē ꝙ denudabit̄
⁊ eſt accidia. q꞉ multi quādo ſūt diuites tēpora=
liter p̄ ſuam indeuotionē ſunt pauperes ſp̄ualı=
ter nulla bona habētes. vnde Luc̄. x. hō q̄dā de
ſcendebat a hiɫlm in hiericho q̄ incidit ⁊c̄. tales
quādo moriunt̄ ſepeliunt̄ in inferno in fimo ho
minis. Jđo Joel. ij. Cōputuerūt iumēta in ſter=
core ſuo. ⁊ quia indeuoti fuerunt merent̄ vt nō
oretur ꝓ eis. Jđo Aug⁹ dicit. Si ſcirem patreꝫ
meū in inferno eſſe. facerē ꝯſcientiā orare ꝓ eo
q꞉ in infero nulla ē redēptio. Job. x. quia dam=
nati ſunt membra abſciſa a corpore eccłie. ⁊ mor
tua ſepata ab eccleſia Jđo nulla opera bona ꝓ=
ſunt eis. ¶ Tertius modus male vite ē peior ſcꝫ
crudelis incōpaſſio. ex quo ſūt multi bene indu=
ti ⁊ parati. non curant nec compatiūtur de miſe
rijs alioꝝ. cum tamen om̄es fratres ſumus eiuſ
dem patris. Jđo orando dicim⁹. Pater noſter
qui es in celis. Matth. vj. ⁊ Luc̄. xj. ⁊ eiuſdem
matrı̄ ſcꝫ eccłie ſponſe ſue que nos p̄turiuit i ba
ptiſmo. Jdeo xp̄s Matth. xxiij. om̄es autem
vos fratres eſtis. ergo cōpati debemus ad inui=
cem vt poſſimus eſſe in tertio ordine vel in glo=
ria paradiſi cum p̄ncipatibus. qui habēt miſeri
cordiam fraternalē ibi erūt. Aliter dicit̄ Jac̄. j.
Judiciū ſine miſericordia fiet illis q̄ nō fecerūt
miſericordiā. tales quādo moriūt̄ ita crudeles
anime eorū ſepeliunt̄ in tertio carcere i inferno.
cum illis diabolis qui ceciderūt de tertio ordie
p̄ncipatuū. ⁊ de illis dicitur ibi elam q̄ interpre=
tatur abiectio in cōgregatione. tales ſunt auari
qui in hoc mundo faciūt magnā cōgregationē
bonorū tēporalium iniuſte acquirendo. ¶ Nota
quomodo decipiunt paup̄es. tales ſepeliunt̄ in
inferno in puteo pleno auro bulliēti. q꞉ vt ſupra
p̄ que quis peccat. Sap̄. xj. O xp̄iani recorda=
mini illius verbi xp̄i. dicentis Matth. v. Bea
ti miſericordes quoniā miſericordiā cōſequent̄
¶ Quartus modus male vite ē mirabilis impa=
tientia ſicut ſunt illi qui cōtra deū in aduerſita=
te dedignant̄ intm̄ ꝙ ſi poſſent darent ei de pu=
gno. de q̄bus dicit ſcriptura. Eccī. ij. Ue illis q̄
perdiderunt ſuſtinentiā. id eſt. patientiā. ⁊ qui
derelinquerūt vias rectas. ſcꝫ patientie ⁊ dulce
dinis ⁊ diuerterunt in vias prauas. ſcꝫ murmu
rationis ⁊ diſcordie ⁊ impatientie. tales ſepeliū
tur quādo moriūt̄ in quarto carcere in inferno
cum demonibus q̄ ceciderunt de quarto ordine
ſcꝫ poteſtatuū. de q̄bus đr ibi aquilo qđ interp̄
tatur p̄turienſ. ⁊ ſunt iracundi. quia ſicut que p̄
turit ſtat in dolore. Ita iracundi ſunt in dolore
quādo non poſſunt ſe vindicare. cogitādo etiā
quomodo poterunt v̄ba iniurioſa ꝓferre ⁊ red
dere. ⁊ ſtant in dolore. ⁊ iſti ſepeliunt̄ in inferno
in fouea ſerpentib⁹ plena. qui eos pungūt ⁊ co/
medūt ſicut ipſi pupugerunt ꝓximos ſuos. ⁊ co
mederunt iniuriādo v̄bis ⁊ nō remittēdo. Jđo
Matth. vj. Si non dimiſeritis hominibus ⁊c̄
ergo per que quis peccat ⁊c̄. O chriſtiani facite

oppoſitum ſeruando patientiam ꝟtualem. qꝛ di
citur Luc. xxj. In patiētia veſtra poſſidebitis
animas vr̄as. Quintus modus ē peioꝛ impla
cabilis diſcoꝛdia. ſcꝫ poꝛtare ſemꝑ odium. rācoꝛ
rem. ꝛ inuidiaꝫ in coꝛde ſuo. hic modus inueni=
tur in his ꝙ ſemper inuident alijs ꝛ nitūꝛ deſtru
ere bona ꝓximi ſui. O quātuꝫ dolent iſti de bo=
nis ꝛ ꝓſperitate alioꝛū coꝛde cogitando. oꝛe lo/
quēdo. et opere implendo ſuum odium in eis ſi
poſſent. tales quādo recedūt trahūtur a demo=
nibus in ꝗntum carcerē inferni cum illis qui ce/
ciderunt de quinto oꝛdine De ꝗbus dicitur ibi
thubal ſepultura eius qd̄ interpꝛetaꝛ fletus ꝛ ē
peccatum inuidie. qꝛ vt dixi inuidus flet et do=
let de bonis alterius. tales ſepeliunꝛ in inferno
in puteo pleno pice buliēte nigerrimo. qꝛ habu=
erunt coꝛ nigrū ꝛ obſcurum non clarū ꝛ nō ege=
runt iuxta p̄ceptum xp̄i. Hoc eſt p̄ceptum meū
vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Joh. xv.
Ideo xp̄s Matth. xviij. tradidit eum toꝛtoꝛi=
bus. quia cum dominꝯ ſuus dimiſiſſet ſibi decē
milia talenta noluit miſereri cōſerui ſui ꝙ debe/
bat ei centū denarios. O xp̄iani ꝛc̄. Hecꝯ eſt de
illis qui non poꝛtāt inuidiam nec habent rāco=
rem ꝛc̄. ſꝫ amoꝛe dei diligunt ꝓximū dimittēdo
iniuriam ne dn̄s ſumat de eis vindictaꝫ Mat.
vj. Si dimiſeritis hominibus peccata eoꝛuꝫ di
mittet vobis pater celeſtis delicta veſtra. Se=
xtus modus eſt tyrānicalis p̄ſidentia ꝗtum ad
dominos ꝛ p̄latos ꝙ non habent bonum titulū
vel iuſtū. ꝙ non ſe bene regunt quādo habēt do
miniū. vel p̄lationē dando ſe ribaldarijs. ebrie/
tatibꝯ. ludis ꝛc̄. vigilādo in his vſqꝫ ad mediaꝫ
noctē ꝛc̄. fiunt pompe vt vix ſufficiūt in redditi
bus habēdo quaſi qualibet hebdomada nouū
tabardū ve habitū non miniſtrāt paupibus ele
moſynā nec curant de iuſticia tenenda. Contra
tales dicitꝛ Sap̄. vj. Judiciū duriſſimū his qui
p̄ſunt fiet. duriſſimū in ſuꝑlatiuo gradu Nā du
rum de ꝓpꝛia ꝑſona durius de domo ꝛ familia
ſed duriſſimū de toto dominio ꝛ p̄latione. quia
quādo tales moꝛiunꝛ ad ſextum carcerē inferni
cum diabolis ꝙ ceciderūt de ſexto oꝛdine domi
nationū poꝛtabunꝛ De iſtis dicitꝛ ibi Moſoth
qd̄ interp̄tatur captiuatio ꝛ eſt luxuria. foꝛnica
tio ꝛc̄. qꝛ omnis peccatoꝛ coꝛam deo eſt foꝛnica=
toꝛ. quia facit foꝛnicari filiam dei ſcꝫ animaꝫ no
biliſſimā. tales ſunt luxurioſi. qui capiunꝛ a dia
bolo ſicut piſcis hamo. quia ſicut piſcatoꝛ coope=
rit hamū ne piſces videant. ſic diabolus accipit
peccatoꝛes et ſpecialiter luxurioſos oſtēdendo
eis delectationes. ꝛ hamū. id ē. toꝛmēta que pꝯ
peccatū ſequūtur occultat ꝛ poſtea trahit ipoſ
cum peccato ad infernum. Unde Eccs. ix. Si/
cut piſces capiuntur hamo. ꝛ ſicut aues comp̄/
hendunꝛ laqueo. ſic capiunꝛ homines i tempo/
re malo. tales ſepeliunꝛ in inferno in puteo ple/
no ſulphure. ſulphur ardens multū fetet. ſic ma
li p̄ſidentes ꝛ luxurioſi inflāmati in cōcupiſcen=
tijs ꝛ libidinibus ꝛ deſiderijs malis. multuꝫ fe/
tent coꝛam deo. qꝛ ardenter deſiderauerunt de
cipere ꝓximū ſuum ꝛc̄. Jdo erunt in ſulphure.
Apoc̄. xxj. Pars illoꝛū erit in ſtagno igne ardē
te ꝛ ſulphure. qꝛ vt ſupꝛa ꝛc̄. Septimus modꝯ
eſt ſpiritualis vſurpatio cōſiſtens in hoc qd̄ eſt
redditꝯ ꝛ decimas retinere. Cōtra tales ait Au=
guſtinꝯ. Lucrū in arca. damnū in cōſcientia. et
religioſi deo furanꝛ qd̄ ſibi dederūt ſcilꝫ coꝛpus
per votū caſtitatis. qꝛ multotiens ſunt inhone/
ſti ꝛ luxurioſi. Item animā furanꝛ quam dede=
runt ꝑ votū obedientie. quia ſepe ſunt inobediē
tes ꝛ rebelles ſuis p̄latis. Item bona tēpoꝛalia
ꝙ ꝑ votum pauꝑtatis dederūt deo dicētes illud
Matth. xix. Ecce nos reliquimꝯ omnia ꝛ ſecu=
ti ſumus te. Sed ꝑ effectionē terrenā retroꝛſum
reſpiciūt. Jdo xp̄s Luc̄. ix. Nemo mittens ma
nū ſuam ad aratrū ꝛ reſpiciens retro aptus ē re
gno dei. Quādo tales ꝙ retinuerūt bona dei vl̄
iniuſte. vel male expēderunt moꝛiunꝛ. detrahū
tur ad infernum ad ſeptimū carcerē cum demo=
nibus qui ceciderūt de ſeptimo oꝛdine thꝛonoꝝ
ꝛ ſepeliunꝛ in puteo pleno veneno buliēti. No=
ta quādo Conſtantinꝯ imperatoꝛ magnꝯ dedit
redditus eccl̄ie ꝓpter deum. id eſt. miniſtris ec=
cleſie ꝓpter deum. audita fuit vt dicitꝛ a nōnul=
lis vox in aere ipſo die dicens: Hodie in eccleſia
dei ſeminatū ē venenū. ſcꝫ ꝑ ipſis. qui male vtū
tur bonis eccleſie. vel ea iniuſte retinēt. Jdeo ꝑ
que quis ꝛc̄. Octauꝯ modus male vite ē fidei
derelictio. quādo ſcilicꝫ iam in coꝛde dubitamꝯ
tenentes erroꝛem falſas opiniones de deo vel d̄
ſanctis. vel de articulis fidei. qꝛ ſicut dicitur. ij.
Pet. ij. Melius eſſet illis nō cognoſcere viā iu
ſticie ꝗꝫ poſt cognitionē retroꝛſuꝫ cōuerti ab eo
qd̄ illis traditum eſt ſancto mādato. Cōtigit au
tem illis illud veri ꝓuerbij. Canis reuerſus ad
ſuū vomitū. ꝛ ſus lota in volutabꝛo luti. Item
Pꝛouē. xxvj. Sicut canis ꝙ reuertitꝛ ad vomitū
ſuū. ſic imprudens qui iterat vias ſuas ꝛc̄. Nū
vero tales moꝛiunꝛ depoꝛtanꝛ ad infernum ad
octauū carcerē cum illis ꝙ de octauo oꝛdine ce/
ciderunt. ſcꝫ cherubin. Et de iſtis ꝛ alijs ſequē=
tibus dicitꝛ ibi. aſſur ſepultura eius qd̄ interp̄ta
tur nemus. ꝛ ſignificat ſupbiā. qꝛ in nemoꝛe ſūt
arboꝛes inoꝛdinate. Ita ſupbi ſunt inoꝛdinati.
quia nolunt tenere oꝛdinationē chꝛiſti dicentis
Matth. xj. Diſcite a me quia mitis ſum ꝛ humi=
lis coꝛde. ꝛ inuenietis requiem animabꝯ veſtris.
Item arboꝛes nemoꝛū ſunt infructuoſe. qꝛ non
habent niſi folia ꝛ frondes. ſic ſuperbi crudeles
hn̄t plura ꝟba vana pōpoſa ꝛ fraudes ſcꝫ vani
tates. poꝛtando noua oꝛnamenta. ſicut coꝛnua.
caudas ꝛc̄. Et nullū habēt fructuꝫ. qꝛ ad Heb.
xj. Sine fide impoſſibile ē placere deo Tales ſe

peliunt in inferno. in puteo pleno plūbo lique/
facto. quia plumbū eſt ponderoſum. ⁊ ↄueniēs
eſt ad humiliandū eos qui noluerunt eſſe humi
les in hoc mūdo. iuxta etiā v̄bū xp̄i. Luc. xviij
Qui ſe exaltat humiliabit. Non⁹ modus ma/
le vite eſt peioꝛ omniū. ſcʒ dei abominatio. vt il
li qui noſcēdo deum blaſphemāt. negant ⁊ rene
gant vt faciūt ſepe luſoꝛes taxilloꝛū. ⁊ homines
armoꝝ i domib⁹ pauperū laboꝛatoꝝ i deſpectū
xp̄i. ⁊ v̄ginis marie eos v̄berādo ⁊ bona eoꝛuʒ
auferēdo. De talibus dr̄ Tob. xiij. Maledicti
erunt q̄ ↄtempſerint te ⁊ ↄdēnati erunt qui blaſ
phemauerūt te q̄m omnes tales ſine penitentia
frequēter moꝛiunt ⁊ includunt in nono carcere
inferni cum illis qui de nono oꝛdine ſeraphin ce
ciderunt. ⁊ credo ꝙ tales ſepeliunt in infimo lo
co cum lucifero. Ecōtra autē dicenduʒ eſt ⁊ erit
d̄ illis q̄ benedicūt deū Tob. xiij. Bn̄dicti erūt
qui edificauerunt te. ⁊ beati omnes qui diligūt
nomen tuum quoniam tu benedices iuſto. Ta-
les veraciter poſſunt dicere. Ne derelinq̄s ani-
mā meam in inferno ⁊c̄. Quod nobis concedat
omnipotēs ⁊c̄.

De ſancta trinitate. ſermo p̄mus.

Quomodo poſ-
ſunt hec fieri Joh. iij. Hec queſtio
eſt in euangelio hodierno ſed ſolu
tio eſt Joh. xj. ⁊ xiiij. ca. Cum ma
giſter noſter ih̄s xp̄s docuiſſet diſcipulos ſuos
⁊ eis miranda dixiſſet de diuinis pſonis ⁊ inter
alia de patre ⁊ dixiſſet hec verba. In domo pa
tris mei manſiones multe ſunt ⁊c̄. His auditis
dixit Philippus chriſto: Domie oſtende nobis
patrem ⁊ ſufficit nobis. chriſt⁹ reſpondit philip
po dicens: Qui videt me videt ⁊ patrem meuʒ
⁊c̄. Ex q̄ hiſtoria apparet ꝙ magiſter ih̄s chriſt⁹
philippum querentē ⁊ petentem reprehendit di
cens. quomodo tu dicis oſtende nobis patrem
Sub iſtis verbis Philippi chriſto loquentis ſuo
magiſtro poteſt fieri talis q̄ſtio ⁊ petitio an diſci
pulus qui audit magiſtrū loquentē difficilia ad
diſcendum ⁊ intelligenduʒ. poſſit magiſtro mo
uere queſtionē ſine reprehenſione ⁊ quando et
in q̄bus caſibus hoc fieri poſſit Dicendū ꝙ i tri
bus caſibus quos ponit ſanct⁹ iohes. Primus
caſus vel p̄ma conditio ē quādo lectio magiſtri
eſt ſup naturale ingeniū hominis ⁊ intellectum
hoc eſt quādo excedit humanā rationē. Iſtū ca
ſū ponit Joh. iij. ca. vbi dicit ꝙ magiſter noſter
xp̄s dicēs ad Nycodemū int alia dic ſibi. Amē
amen dico vobis. niſi q̄s renat⁹ fuerit denuo nō
pt videre regnū dei Ecce xp̄i lectio ⁊ diſciplina
Hec lectio excedit naturale ingeniū hoīs ſeu in
tellectū. q2 hō q̄n eſt iam ſenex ꝙ iteꝝ naſcat ꝙ
vterū matris igrediat humanū excedit itellectū.
Ideo Nicodem⁹ iſtam diſciplinaʒ nō valēs in-
telligere foꝛmauit ſup eā q̄ſtionē. ⁊ dicit ei. quō
homo pōt naſci denuo cū ſit ſenex. nunq̄d pōt i
ventrē matris ſue introire iterato ⁊ renaſci. Et
tunc magiſter ieſus xp̄s ſibi expoſuit ꝙ erat du
plex natiuitas. vna a matris vtero. alia v̄o i ba
ptiſmo ⁊ ſpiritu ſancto. vltimo nō opoꝛtebit na
ſci q̄ voluerit videre regnum dei. Scd̄s caſus
ſeu ↄditio ē q̄n locutio magiſtri eſt ↄ experimē/
tum ↄſuetudinis generalis. h̄ eſt q̄n excedit oēʒ
ↄſuetudinē ⁊ viſionē. Iſtū caſum expoſuit bea
tus Joh. vj. ca. vbi exp̄mit ꝙ xp̄s docens ſuos
diſcipulos inter alia dicit. Ego ſū panis viuus
qui d̄ celo deſcendi. ſi q̄s manducauerit ex hoc
pane viuet ineternū. Et panis quem ego dabo
caro mea eſt. Ecce xp̄i lectio. Hec lectio excedit
oēm ↄſuetudinē ⁊ expimentū ꝙ homo dat car-
nes ſuas alijs ad manducandū ⁊ nutriēdū. hoc
nūq̄ eſt viſū nec ꝓbatum nec auditum. ideo nō
valentes lectionē cape litigabāt ad inuicē ⁊ que
ſtionē foꝛmantes dicebāt Quomodo poteſt hic
dare nobis carnē ſuam ad manducandū. ⁊ tunc
magiſter expoſuit eis quō ipſe erat fili⁹ dei ver⁹
de⁹ ⁊ homo. ⁊ quō panis erat ↄuertendus in ei⁹
carnē. ⁊ vinuʒ in eius ſanguinē in ſpecie vini. et
quō hic cibus bene vtentib⁹ ↄfert vitā eternaʒ.
Cōſimilē ſententiā Joh. vij. exponit ꝙ cuʒ ip̄e
ih̄s in templo doceret. iudei ſcientes ꝙ nūq̄ ma
giſtrum habuerat nec didicerat. et docebat mi-
rabilia de ſacra ſcriptura. videntes hoc eſſe cō-
tra generalē cōſuetudinē hominū ⁊ experimen
tū admirantes querebāt ⁊ dicebāt. Quomodo
hic lr̄as ſcit cum nunq̄ didicerit. Jeſus autem
ſoluēs eis iſtā q̄ſtionē dixit. Mea doctrina nō
ē mea. ſed eius q̄ miſit me. Si quis voluerit vo
luntatē eius facere cognoſcet de doctrina vtrū
ex deo ſit. an ego a metip̄o loquar. Qui a ſemet/
ip̄o loquitur gl'iam ꝓpꝛiaʒ querit. Tertius ca
ſus quādo lectio magiſtri eſt contra p̄ceptuʒ ſa-
cre ſcripture ſeu conſiliuʒ. hoc eſt quando exce-
dit diuinā reuelationē. Iſtū caſum ponit beat⁹
Joh. xij. ca. vbi pōit ꝙ magiſter noſter ih̄s xp̄s
loquens ⁊ docens iudeis inter alia. dicit eis ꝙ
ipſe fili⁹ hominis erat verus meſſias ⁊ habebat
exaltari in cruce ⁊ ſuſpēdi. Ecce xp̄i lectio. Hec
lectio videbatur iudeis contradicere et excede-
re reuelationē diuinā ⁊ ſcripturam ſacram. cuʒ
eni ſcriptura ſacra dicat xp̄m ſeu meſſiam vel fi
liū hominis nūq̄ moriturū. ⁊ xp̄s dicebat ⁊ do
cebat ſe in cruce moriturū contra ſacrā ſcriptu-
ram videbatur dicere. Et ideo iudei capere nō
valentes queſtionē foꝛmantes dixerūt Nos au
diuimus ex lege ꝙ xp̄s manet ineternū Et quo
modo tu dicis. Opoꝛtet exaltari filiū hominis.
Quis eni eſt iſte filius hominis. Et tunc xp̄s ex
poſuit eis quomodo ip̄e poterat moꝛi ſ̄m hūa-
nitatē. ſed ip̄e viueret ineternū ſ̄m diuinitateʒ.
ecce terti⁹ caſus. Patet ergo ſolutio q̄ſtionis in

qua querebaṫ ſm̄ quem caſuz diſcipulus attē-
dēs poſſit ſine reprehenſiōe ſupra lectiōe magi-
ſtri queſtionē facere patuit eni ꝙ in trib⁹ caſib⁹.
Primo ſi magiſter diceret aliquid qđ excede-
ret naturale ingeniū homis ⁊ intellectum. Se-
cūdo ſi diceret aliquid cōtra experimentū natu-
ralis cōſuetudinis. Tertio ſi diceret aliq̄d qđ
excederet ꝯſilium reuelatū in ſacra ſcriptura cō-
tētum ꝑſertim ſi imponetur diſcipulis ad credē-
dum ⁊ tenendū. tunc diſcipuli iuſte ⁊ ſine repre-
henſione poſſent q̄ſtionem magiſtro facere ⁊ di-
cere. Quomodo poſſūt hec fieri. Reuera beat⁹
Johānes qui eſt in ſacra ſcriptura maxim⁹. qui
ēſt doctus ⁊ magiſtratus ꝑ xp̄m ⁊ eius ꝯſilium
et paradiſi ſtudiū. quia per trinitatis myſteriuz
ip̄e ⁊ eius diſciplina approbaṫ. Iſte eni tā gran-
dis magiſter ⁊ admirabilis iter multas admirā-
das q̄ſtiones ⁊ diſciplinas ponit ⁊ dicit. j. Joh.
v. Tres ſunt qui dant teſtimoniū in celo. pater.
v̄bum. ⁊ ſpūſſanctus. Et hi tres vnuz ſūt. Hec
diſciplina videtur habere predictas cōditiōes
Prima excedit hominis intellectum ⁊ rōnem
⁊ ingeniū. quod ſic patet. quia ſm̄ rationem no-
ſtrā videtur ꝙ quecūq; diſtincta ſūt: ſūt in natu-
ra ſua diſtincta. verbi gr̄a. In omni genere crea-
turarū celum ⁊ terra diſtincta ſunt. quia celum
habet naturā ⁊ formā incorruptibilē. ⁊ t̄ra cor-
ruptibilem. ⁊ ſic tanq̄ corruptibile ⁊ incorrupti-
bile diſtincta ſunt. Sic nature diſtincte ſūt due
ſtelle in celo. vt ſol ⁊ luna. q̄uis ſunt incorrupti-
biles. tamen diſtincta ſūt loco ⁊ magnitudine et
etiam claritate. Etiā in angelis om̄es natura et
eſſentia diſtincti ſūt. lapis ⁊ arbor diſtincta ſūt
natura. capra ⁊ leo. duo homines anima diſtin-
cti ſunt. quia alia eſt anima petri. ⁊ alia ē anima
matthie. ⁊ alia eſt anima georgij. Ita ꝙ vbicūq;
inuenim⁹ in rebus creatis diſtinctionē ꝑſonarū
ſemꝑ inuenim⁹ diſtinctionē eſſentiaꝝ ⁊ natura-
rum. Qꝛ igiṫ dicim⁹ ꝙ in diuinis ſunt tres ꝑſone
diſtincte ⁊ non ꝑ eſſentiā vel per ſubſtantiā. vl̄
per naturam diſtincte. rationē excedit. Si eni ſi
lij iſrael non poterāt intendere in faciem moyſi
ꝓpter claritatem vultus eius. vt habetur Exo.
xxxiiij. quia videbat dei eſſentiam ⁊ ꝑſonarum
trinitatem Quomodo poſſemus attendere ⁊ at-
tingere trinitatem om̄ia excedētem. Quomodo
eni quis poſſit intelligere ꝙ vnitas ſit trinitas.
⁊ trinitas ſit vnitas. cum numeri omnes ſint na-
tura ⁊ ſpecie diſtincti. vt non ſint duo equales.
quia ternarius excedit binariuz. ⁊ quaternari⁹
ternarium ⁊c̄. Quomodo ergo poterimus nos
capere ꝙ pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus ſūt tres ꝑ-
ſone ⁊ indiuiſa ſubſtantia natura ⁊ eſſentia non
capit ratio humana. igitur excedit rationē Jdō
dicit beat⁹ Bern̄. in ſermone de ſancta ⁊ inacceſ-
ſibili trinitate. Inquire đ trinitate peruerſa cu-
rioſitas eſt. tenere et credere vt docet eccleſia. fi-
des ⁊ ſecuritas eſt. videre eam ſicut ē felicitas ē.
Et ꝓpter hoc Augꝰ. volentem hoc myſterium
oſtendere rationibus legimus reprehenſū. Le-
gitur eni eo tempore quo libros de trinitate ſan-
cta compoſuit ⁊c̄. Nota hiſtoriē ⁊c̄. igitur patz
ꝙ excedit hūanū ingeniū. Scđo excedit omne
experimentum et exemplar. quod ſic patet ſm̄
apoſtolum ad Roma. j. et ſm̄ Dionyſiū de cele-
ſti Jerarchia. Que cognoſcim⁹ đ inuiſibilibus
⁊ celeſtibus per viſibilia percipimus. modo ī re-
bus viſibilibus ⁊ creatis oppoſitum huius my-
ſterij iuenimus vt patuit. Quis eni hoc myſte-
riū ſanctiſſime trinitatꝭ ꝓbem⁹ vel magis decla-
remus per exempla ⁊ ſimilitudines. tamen om-
nia deficiūt. Quod patet ſi vnum exemplum in
mediū deducatur. Diciṫ ꝙ in pomo ſūt tria. ſci-
licet odor. ſapor. ⁊ color. ⁊ tamen non ē niſi vnū
Sic in ſancta trinitate ſunt pater. filius. ⁊ ſpūſ-
ſanctus. ⁊ tamen tm̄ vnus ē deus. Iſtud exem-
plum ſi magis attendatur ⁊ bene. magis eſt con-
tra q̄ pro. Naz illorū trium nullum eſt primum
Nec color eſt pomū. nec odor eſt pomuz. nec ſa-
por eſt pomū. Sz in trinitate pater eſt deus. fili-
us eſt deus. ſpūſſanctus ē deus. Patet hoc idē
ſimile in exemplis alijs que omnia deficiunt a ꝑ-
fecta probatiōe ⁊ oſtenſione iſtius altiſſimi my-
ſterij quod eſt ꝙ deus eſt vnus ⁊ trinus. Unde
de hoc legitur. iij. Eſdre. iiij. ꝙ cum eſdras ſuꝑ
quibuſdam dei ſecretis miraretur ⁊ vellet com-
prehendere angelus dixit ſibi. Si vales flāmā
ignis pondera. flatum menſura venti. ⁊ diem ꝑ-
tentum reuoca. quaſi diceret. Nō poſſis cōpre-
hendere hec terrena quomodo poteris compre-
hendere celeſtia. patet ergo ꝙ excedit omne ex-
perimentum. De hoc vide beatum Thomam
ꝑma parte queſtiōe. xxxij. arti. j. ibi oſtendit ſub-
tiliter ꝙ impoſſibile eſt per rationem naturalez
ad cognitionē trinitatis diuinarum perſonarū
peruenire. Et ꝙ ille qui nititur trinitatem diui-
narū ꝑſonarum probare naturali ratione dupli-
citer fidei derogat. vide eū vbi ſupra. Tertio
videtur excedere diuinū myſterium reuelatum
in lēge ex parte dei quam populo dei tradidit.
Ita deus diċ Deutꝭ. vj. Audi iſrael deus tuus
de⁹ vnus ē Ponit igitur deus vnitatē ⁊ non tri-
nitatem vt videtur. Itez beatus paulus qui pe-
netrauit vſq; ad tertium celum ⁊ audiuit archa-
na dei. j. Corꝭ. viij. dicit ſic. Nam ⁊ ſi ſint q̄ dicā-
tur dij ſiue in celo ſiue in terra. ſiquidez ſunt dij
multi ⁊ dn̄i multi. nobis tamē vnus deus pater
ex quo om̄ia ⁊ nos in illo ⁊ vnus dominus ih̄s
chriſtus per quē omnia ⁊ nos per ip̄m. videṫ ꝙ
Paulus ponit in diuinis vnitatē ⁊ non trinita-
tem. et quia iſti duo ſcz moyſes et paulus qui h̄
exiſtentes viderunt diuinā eſſentiam qđ eſt eis
conceſſum vt dicit Aug⁹ et nulli alteri. ponunt
in diuinis vnitatem vt videtur ⁊ non trinitatez

Ideo ponere trinitatem videtur contra legem
veterem ⁊ nouam ⁊ per conſequens contra di/
uinum myſterium reuelatum. Ponitur etiam
idem ſub precepto ad credenduꝫ vt expreſſe ha
betur extra de ſumma trinitate ⁊ fide catholica
ca. j. Igit̃ iuſte et ſine reprehenſione ſm̃ predi/
cta de triplici cauſa ⁊c̃. nos qui audiuim⁹ beati
Iohãnis lectioneꝫ. que eſt ꝙ tres ſunt qui teſti
monium ꝑhibent in celo. pater. verbum. ⁊ ſpiri
tuſſanctus. Poſſumus queſtionẽ formare ⁊ di
cere ꝟba themat̃ preaſſumpti. Quomodo poſ=
ſunt hec fieri ꝙ in diuinis credamus vnitatem ĩ
eſſentia. ⁊ trinitatem in perſonis. Et hoc vt vi=
detur ẽ contra hominis rationẽ ⁊ ingeniũ. Ue=
rum ſi credideris videbis. Si crediderĩ inquã
hic viator. videbis illic cõprehẽſor. Si credide
ris in terris videbis ĩ celis. In q̃bus verbis be=
atus Iohẽs ſoluit tres q̃ſtiones q̃s ibi de trini=
tate poſſumus facere.

¶ Prima ſi eſt ſubtilitate difficilis.

¶ Scd̃a ſi eſt veritate infallibilis.

¶ Tertia ſi ẽ cognoſcibilitate attingibilis.

Reſpondet ꝙ ſic cõcertitudinaliter ⁊ condicio
naliter. quomodo poſſunt hec fieri. Si credide
ris videbis. ¶ Primã queſtionẽ ⁊ ſecũdaꝫ ſcꝫ ꝙ
hoc ſacramentum trinitatis ⁊ altiſſimum myſte
rium eſt ſubtilitate difficile mirabiliter. ⁊ verita
te infallibile certitudinaliter oſtẽdit beatus Io
hãnes Apoca. v. vbi dicit ꝙ vidit librum intus
⁊ foris ſcriptum ſeptem ſigillis ſignatum et vi=
dit angelum fortem clamantem ⁊ predicantem
voce magna. Quis eſt dignus aperire librũ ⁊c̃
¶ Nullus eſt repertus nec in celo ſurſum. nec in
terra in medio. nec in inferno deorſum. qui va=
leret aperire librum vel ſoluere aliquid de pre/
ctis ſigillis. ⁊ flebat Iohãnes. quia nullus erat
dignus aperire librum. Et ecce agnus qui erat
ibi tanq̃ꝫ occiſus. qui habebat oculos ſeptem in
virtute magna ſurrexit. ⁊ aperuit ſeptem ſigna
cula libri. Et tunc quattuor animalia. ⁊ viginti
q̃ttuor ſeniores qui aderant benedixerunt eũ ⁊
dederũt gloriam ⁊ honorem Per illum librum
beatus Iohãnes intellexit ſacramentum trini/
tatis. ⁊ myſterium ſecretorum omniuꝫ conten=
torum. intus ⁊ foris eſt ſcriptus ⁊ rerum inuiſi=
bilium que ſunt in celo intus. et rerum viſibili/
um que ſunt extra foris. proprietatibus ⁊ ꝑfe/
ctionibus omnibus excellentiorĩ modo eſt inſi=
gnitus. Nam perfectiones que ſunt in om̃i viſĩ
bili ⁊ inuiſibili re excellentiori modo ſunt ĩ ſacra
trinitate. De hoc vide ſanctũ Thomã ꝑma ꝑte
q̃ſtione. iiij. arti. ij. ibi oſtendit quomodo om̃es
perfectiones rerum ſũt in deo. Septẽ ſigillis li=
ber ſignatus eſt. q2 ſeptem ſecretis hoc ſacramẽ
tum ⁊ myſteriũ trinitatis clauſum eſt. Sol⁹ au=
tem chriſtus tãq̃ꝫ agnus occiſus potuit aperire
quia nullus niſi chriſt⁹ agnus ĩ cruce ſm̃ huma
nitatem paſſus dignus ẽ perfectiſſime declara=
re. quia habet oculos ſeptem de ſcientia omniũ
ꝑfectionum. Sicut enĩ a chriſto aperiente ſigil=
la ſeptem et ſecreta didicim⁹ ita vobis declara=
mus ⁊ aperimus. ¶ Primũ ſigillum et ſecretum
ſcꝫ ꝙ in iſto myſterio trinitatis ſunt tres ꝑſone
non natura diſtincte. ſed relatione. ⁊ vna perſo
na non eſt alia. ⁊ tamẽ non ſunt niſi vna natura
⁊ ſubſtãtia ⁊ eſſentia. ita ꝙ ſunt tres ꝑſone diuĩ
ne. ſed tm̃ vnus eſt deus ⁊ quilibet eſt de⁹. Nõ
ſit verum patꝫ. quia ita dicit beatus Ioh. v. ca.
ꝑma canonica. Tres ſunt qui teſtimoniũ dant ĩ
celo. pater. ꝟbum. ⁊ ſpiritusſanctus. Et hi tres
vnũ ſunt. Et hoc ꝯfirmat eccleſia extra de ſum.
tri. ⁊ fide catho. c. firmiter credimus. Hoc ẽ val
de mirabile et quomodo. Nunq̃d erit mirabile
oſtenſis petro. iacobo. ⁊ iohãne. ſi diceremuſ ꝙ
ſint tres ꝑſone humane: ⁊ nõ ſunt tamẽ tres ho
mines. ſꝫ tm̃ vnus homo. vt diceretur Petrus
eſt homo. Iohãnes eſt homo. ⁊ ꝙ ſunt vn⁹ ho=
mo ⁊ non tres homines. ⁊ ꝙ in eis non ſint tres
anime. ſed vna tm̃ anima. Reuera mirabile erit
Ita in ꝓpoſito de ſancta trinitate eſt pater. fili=
us. ⁊ ſpũſſanctus ſunt tres perſone diuine. ⁊ ta
men non tres dij. ſed vnus tm̃ deus. Certe mira
bile eſt quomodo poſſunt hec fieri Sigillũ clau
ſum eſt. Sꝫ aperiatur. quia poſſũt hec fieri Nõ
ſic patet per exemplum in natura. Q2 a fõte exit
riuus. ⁊ a riuo exit vnuꝫ ſtagnuꝫ. ⁊ ſunt tres cõ/
gregationes aque ⁊ tamen non ſunt tres aque.
ſed vna aq̃ in natura. Pariformiter a patre exit
filius. ⁊ ab vtroq̃ꝫ ſpiritusſanctus. ⁊ ſunt tres ꝑ=
ſone diuine. ſed tamen vnus deus. ⁊ verum ẽ di
cere ꝙ pater eſt deus. filius eſt deus. ſpũſſanct⁹
eſt deus. ſed tamen non tres dij. ſed vnus tm̃ de
us. Ecce ꝑmum ſigillum apertum per agnũ ſcili
cet chriſtum. Secundũ ſigillum eſt. Q2 vna ꝑſo
na diuina q̃uis non eſt alia tamen ẽ in alia. Nõ
ſic patet. Nam chriſt⁹ dixit Philippo. vt habet̃
Ioh. xiiij. Non credis. quia ego ĩ patre ⁊ pater
in me eſt. Et hoc cõfirmat eccleſia ti. ⁊ capitulo
ꝓallegato. firmiter credimus. Hoc eſt valde mi
rabile ⁊ quomodo nũquid eſſet mirabile ꝙ Pe
trus non eſſet Paulus. ⁊ paulus nõ eſſet Iohã
nes. ⁊ tamen petrus eſſet in paulo. ⁊ paul⁹ in io
hãne. ꝑfecto mirabile eſſet. Ita in ꝓpoſito. In
myſterio trinitatis pater nõ eſt filius. nec filius
ſpũſſanctus. ⁊ tamen pater eſt in filio. ⁊ filius in
ſpiritusſancto. ⁊ ſpũſſanctus in patre ⁊ filio. Cer
te mirabile eſt. Quomodo ergo poſſũt hec fieri.
ſigillum clauſum eſt. ſed aperiatur. Sed ſi ẽ mi/
rabile tamen eſt poſſibile nec dubitabile ẽ Quo
modo poſſũt hec fieri. Q2 autẽ ita ſit oſtẽdit chri
ſtus: qui eſt agnus per tale exemplum. Nam in
natura ponam⁹ ꝙ ſint tres homĩes multũ ſe mu
tuo diligentes. ſcꝫ petrus. paulus. ⁊ iohannes.
Cor petri non eſt pauli. nec cor pauli ẽ iohãnis

tis in inferno. ſi mori vos contingat ſine penitē
tia. ſtatim eīn debet reſtitui alienū. De quo vi-
de ſanctum Tho. ſcda ſcde. q. de reſtitutōe. Et
ſiue reſtitutio fiat p heredem ſiue non. non libe
rabit vos. Et pater. oporteret me vendē ſi vel
lem reſtituere ⁊c. Solutio. Quare nō? ⁊ vende
re debetis ⁊ dimittere ſtatim. Quia regula eſt
iuridica ꝙ non dimittit peccatum niſi ablatum
reſtituat. xiiij. q. vj. Si res. Jdeo reſtituatis.
Jn iſto gradu multi frangūt ſibi collum. Jdeo
dicit apoſtolus. Reddite omibus debita. Cui
tributum tributum. cui vectigal vectigal. cui ti
morem timorē. cui honorem honorē. nemi q̄cq̄
debeatis niſi vt inuicem diligatis. ad Ro. iij.
Septimus eſt fame reformatio. Si diffamaſtis
vel iudicaſtis vel condempnaſtis aliquē. opor-
tet ꝙ reſtituatis ſibi famam coram illis. etiā da
to ꝙ dixeritis verum. ſi reuelaſtis peccatuȝ oc
cultum. Et vt intelligatis hoc peccatum dicam
vobis ſimilitudinē de nobili domia optime or-
nata quam latrones deſpoliauerūt vſq; ad ca-
miſiam. deinde venit alius ⁊ exſpoliauit ſibi ca
miſiam. credo ꝙ magis credit ſe iniuriatam ab
iſto ſecūdo q̄ ab alijs. Jta pſona q̄ habȝ bonaȝ
vitam portat camiſiam albam p bonam famaȝ
⁊ veſtes auro ⁊ ſerico cum margaritis que ſunt
bona opa. Sed quādo peccat mortaliter depre
datur a latronibus inferni. ſed adhuc remanet
ſibi camiſia alba. ſ. bona fama. ſed quādo tu re
uelas ſuum peccatū quod erat ſecretū. tunc de-
nudas ſibi camiſiam. maius peccatum facis q̄
ſi bona exteriora ſibi furatus fuiſſes. quia me/
lius eſt nomen bonum q̄ diuitie multe. Super
aurū ⁊ argentum eſt bona gratia. id eſt bona fa
ma. Prouer. xxij. Si ergo qui furat pecunias.
vel alia bona tenet ad reſtitutōem ſi vult ſalua
ri. q̄tomagis neceſſario reſtituenda eſt fama.
Jdeo Auguſtinꝰ. Non pigeat ex ipo ore ferre
medicamēta. vnō facta ſunt vulnera. Octauꝰ
gradus eſt iniuriarū remiſſio Si ordie iuſticie
vultis iuſticiam hoc poteſtis licite. ſed in corde
veſtro non teneatis deſideriuȝ vindicte. ſed ex
emplo xpi qui in cruce pepcit omnibus parcatis
inimicis dicendo. domie vt parcatis mihi ⁊ re-
mittatis michi iniurias quas feci vobis. ego re
mitto iniurias inimicis. Unde dicit xps. Pa-
ter meus celeſtis tradet vos tortoribus. ſi nō re
miſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus ve
ſtris. Mat. xviij. Nonus eſt eucariſtie cō/
munio. hic complet penitentia. Jn iſto gradu
iungimur deo. oia eīn p̄dicta ſunt p̄paratōnes
ad aſcenſum celeſtem. Sed pfecta medicina et
virtus animam ſecum trahens ad celum eſt eu-
chariſtia. Nota exemplum de cōmunione hu
gonis de ſancto victore. Jdeo xpus. Ego ſum
panis viuus qui de celo deſcendi. Si quis mā-
ducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Joh.
vj. Dicatur contra illos qui non communicāt.
De quibus. j. Jn ꝓpria venit ⁊ ſui eum non re
ceperunt.

In feſto corporis xpi. Sermo p̄mus.

Ego accepi a dño quod ⁊ tradidi vobis. Uerbū iſtud
habetur textualiter. j. ad Corin. xj
Et recitatuȝ eſt ſtatim in epl'a hodierna Scdm
ꝙ totū feſtum hodiernū eſt de illo ſancto ⁊ glo-
rioſo ſacramento altaris. ſic erit ⁊ ſmo noſter
⁊ habebimus multas bonas ſpeculatōnes. pro
intellectus illuminatiōe. animarū cōſolatōne ⁊
aliquas moralitates p vite correctōe. Salutet
p̄us virgo Maria. Pro huiꝰ vbi declaratōne
⁊ materie p̄dicande introductōe ſciendū ꝙ to/
ta credentia cordis quā habemꝰ de iſto ſācto ſa
cramēto eſt locutio oris quā facimus de eodeȝ
que tota debet eſſe fundata in ſancta ſcriptura.

Ita q cor nō dꝫ ſe plus extendere ad credendū nec os ad loquendū niſi q̄tum habem⁹ ex ſacra ſcriptura. Rō eſt ꝓpter altitudineꝫ ⁊ ſubtilitatem tranſcendentē huius ſacramēti qd excedit omnem intellectū naturalem ⁊ ſciam philoſophicalem ⁊ omne poſſe nature. Qui ḡ de h ſancto ſacramēto vellet credere vel loqui ſm intellectū naturalem aut ſciam philoſophicaleꝫ vel poſſe nature erraret ⁊ deficeret in m̄ltis. Sicut q̄ vellent numerare ſm intellectū q̄t palmi ſeu cubiti ſunt ab hinc vſq ad celū. q̄t paſſus ab oriente vſq ad occidentē. vel quot ſunt ḡna arene ⁊ gutte aq̄ erraret ⁊ deficeret. Ideo dic̄ ſcriptura Ecci. iij. Altiora te ne q̄ſieris. ſupple itellectu naturali. fortiora te ne ſcrutatus fueris. ſ. ſcientia philoſophicali. ſed q̄ p̄cepit tibi deuſ. ſ. in ſacra ſcriptura q̄ eſt os ei⁹. hn̄s duo labia. ſ. duo teſtamēta. Superius eſt nouū teſtamentū. inferius vetus teſtamentū. Jō ait dn̄s. Si ſepaueris p̄cioſum a vili q̄ſi os meum eris. Hiere. xv. Illa cogita ſp. Ideo mō dimittēdo rōnes naturales ⁊ philoſophicales ſolum recipiā autoritates de ſacra ſcriptura. q2 nolo aliq̄d dicere niſi qd dn̄s dicit in ſacra ſcriptura. Et tunc potero dicere thema. Ego accepi a dn̄o. nō a ph̄o nec a Virgilio nec naturali ingenio. ſ a dn̄o. ſ. in ſac̄ ſcriptura. qd tradidi vob. ptꝫ thema. Inter cetera mirabilia ⁊ ſecreta hui⁹ ſac̄ri ſunt q̄nq p̄ncipalia q̄ dicam vob mō ſm ſanctam ſc̄pturaꝫ.

- Primū eſt mutatio ſubſtantial̄.
- Scd̄m operatio ſacerdotal̄.
- Tertium habitatio ſacramental̄.
- Quartum p̄ceptio ſenſual̄.
- Quintum receptio vſualis.

In his ſunt altitudines ⁊ difficultates hui⁹ ſacramēti. Si dicat̄. vn̄ habetis h frater? Rn̄det thema. Ego accepi a dn̄o ⁊ mō tradam vobis. Primū mirabile ⁊ altum ſecretū hui⁹ ſancti ſacrificij eſt mutatio ſbalis. Duplex em̄ eſt mutatio. vna eſt accidental̄. alia ſbalis. Mutatō accidental̄ eſt q̄n accidens vel q̄litas mutat̄ i creatura manēte eadē ſba. vt eſt mutatio de albedie in nigredinem. vl̄ de ſanitate in infirmitatē. vel de caliditate in frigiditatē. vel de paruitate in magnitudinē ſm q mutat̄ puer. ſ ſba mãet eadem. tales mutatōes dicunt̄ eſſe accidentales. Mutatio ſbalis eſt q̄n nō ſolū accidēs ſed etiā ſba mutat̄. vt ſi lutū mutaret̄ in aurū vl̄ plūbū in argentū. non ſolū accidētia mutarent̄ ſ ſuba In iſto aūt ſac̄ro ſolum fit mutatio ſubalis ⁊ nō accidental̄. q2 ſuba panis ⁊ vini non manent facta ↄuerſione. ſed accidētia eorū manēt In iſto aūt ſac̄ro deficiūt due regule ph̄ie. Prima que dicit q q̄n q fit mutatio ſube ⁊ etiā accidentiuꝫ Rō q2 accidētia nō migrāt. i. tranſmutat̄ de ſbiecto in ſubiectū. q2 ſi lutū mutat̄ in aurū. etiam q̄litas ei⁹ mutat̄ Sed in h ſac̄ro eſt oppoſitum. q2 ſuba panis v̓tute v̓borū mutat̄ in corp⁹ xp̄i accidentia aūt nō. q2 eadem albedo ⁊ q̄titas et rotunditas odor ⁊ ſapor remanent q̄ p̄us. Nō gubernando vos ꝑ regulas ph̄ie in h ſacramēto oporteret errare ⁊ deficere. Et fctā mutatōe adoramus. ſ nō adoram⁹ id qd videm⁹. ſ. albedinem nec rotunditatē. ſed xp̄m verū deum et hoiem intra ↄtentū. ita vere ⁊ realit̄ vt in vtero v̓ginis fuit vel in cel̄ eſt. De h vide ſanctū tho. iij. pte. q. lxxv. ar. j. Quemadmodū em̄ milites adorāt regem intra cortinas q̄n audit miſſaꝫ. licet ip̄m nō videant. ita nos adoramus xp̄m intra illa accidētia q̄ſi intra cortinam exiſtentem. Scd̄a regula ph̄ie deficit etiā in h ſancto ſac̄mento q̄ dicit. q nulla mutatio ſubalis eſt integra. q2 ſp remanet p̄ma materia quā ph̄i vocāt yle. q2 ſi lutū mutat̄ in aurū. materia p̄ma q̄ eſt i termio a quo. eſt eadē cuꝫ illa q̄ eſt in termio ad quē. q2 eadē eſt materia oim generabiliū ⁊ corruptibilium. In h ſancto ſac̄ro h regula deficit q2 nihil remanet de materia nec de forma ſbal̄ panis. q2 totū mutat̄ in corp⁹ xp̄i. De hoc vide ſanctū tho. iij. pte. q. lxxv. ar. v. et. vj. Jō oportet q hō non regat ſe hic per reglas philoſophicales q̄ deficiūt. ſ ſm ſanctā ſc̄pturā in pſalterio q̄ dicit. Hec mutatō ſubalis dextere excelſi Mutatōnes nature ſunt de ſiniſtra. ſ iſta dextere excelſi. Et ſequit̄. Tu es de⁹ q̄ facis mirabilia. ſuple iſta p̄dicta. de mutatōne vini in calice in ſanguinem xp̄i. Moralr̄ habebit hic doctrinam q debetis xp̄m adorare in hoſtia ↄſecrata ſine dubio ⁊ ſine ↄditōne. Aliq̄ p̄ſumptuoſi ⁊ p̄ter ui cadunt in errorē dicēdo q̄n adorāt. adoro te ſi tu es xp̄s. nec grates nec gr̄as. q2 etiā lignuꝫ vel lapidē vel canem poſſet adorare iſto mō cū ↄditōe. Jō ſine ↄditōe debetis adorare Rō. q2 ↄditio dubitatōneꝫ includit. ⁊ de⁹ vult adorari firmiter toto corde. ſpū. volūtate ⁊ deuotione. Jō dauid. Tollite hoſtias ⁊ introite i atria ei⁹. adorate deū in atrio ſancto ei⁹. pſ̄. xcv. Nota tollite hoſtias. hic loquit̄ p̄ſbyteri. ⁊ introite in atria eius. hic loquit̄ ꝑplo. Adorate dn̄m. ſ. taꝫ ſacerdotes q̄ ꝑpl̄s. In atrio. glo. i. in corde ſine dubio ⁊ ſine ↄditōe. Diceret aliq̄s ſi ſacerdos non dixit v̓ba vel ſi nō ſit ordinat⁹ nō ↄſecrauit ḡ ⁊c̄. Rn̄deo q ſacerdos ſolū damnabit̄ ⁊ non eſt p̄iculum vob. Ideo adoretis ſine dubio. licet em̄ habitualr̄ habeatis in corde h q ſi oppoſitum ſciretis nō adoraretis. ⁊ h ſufficit. tn̄ hoc non debet exp̄mi v̓bis. ſed ſimpl̄r adorare debetis Ecce p̄mum mirabile ſecretū qd ego accepi a dn̄o in ſcriptura. ⁊ tradidi vob Secūdū mirabile huius ſacramēti eſt opatio ſacerdotal̄ ſcꝫ q ſacerdos exiſtens in terra habet poteſtatē vt apiat celos ⁊ faciat deſcendere filiuꝫ v̓ginis Marie in altari in manibus ſuis. Magnū mirabile reputat̄ in moyſe q̄ fecit deſcēdere mãna

de aere. vt habet̄ Exo. xvj. Et de helya q̄ fecit
deſcendere ignem de ſpera ignis ad comburen
dum duos q̄nquagenarios. vt hr̄. iiij. Regl. j.
maius mirabl'e eſt hic. qm̄ ſacerdos nō de aere
nec de ſpera ignis. nec de celo lune. nec de celo
mercurij. nec de celo veneris. nec de celo ſolis.
nec de celo martis. nec de celo iouis. nec de celo
ſaturni. nec de celo ſtellato ſiue firmamēto. nec
de celo criſtallio. ſed de celo empirreo fac̄ chri-
ſtum deſcendere. Ecce opatio ſacerdotal'. Sci-
tis q̄ qn̄ virgo maria ſalutata p angelū gabrie
lem conſentiēs dixit. Ecce ancilla domi ꝛc̄. Lu
ce. j. in vltimo v̄bo celum fuit aptum ꝛ fili⁹ dei
deſcendit in vtero ſuo. ꝛ angelus ꝛ v̄go adora-
uerunt ip̄m in vtero. ꝛ ſic os v̄ginis aperuit ce
lum. ita os ſacerdotis ꝛ excellenti⁹ non diſplice
bit v̄gini marie. Si dico veritatem. quia virgo
aperiendo celū habuit dicere octo v̄ba. Primū
ecce. ſecundū ancilla ꝛc̄. quouſq̄ dixit totū. tūc
em̄ celum fuit aptum ꝛ ip̄a concepit. Et ſacer/
dos ſolū dicit quinq̄ v̄ba. ꝛ quando dicit vlti-
mum v̄bum. ſ. meū. tunc celū apitur. ꝛ xp̄s eſt
in hoſtia. Item v̄go maria ſolū ſemel aperuit. ſ
ſacerdos quolibet die ꝛ in q̄libet miſſa. Itez in
vtero v̄ginis deſcendit paruus nō ita magnus
ſicut formica ꝛ paſſibil' ꝛ mortal'. Sed in hoſtia
deſcendit ita magnus vt eſt in celo. vt fuit i cru
ce nec paſſibil' nec mortalis. ſed gl'oſus ꝛ impaſ
ſibilis. Greg⁹. Quis fideliū dubiū habere poſ-
ſit in ip̄a immolatōis hora ad ſacerdotis vocez
celos apiri. ꝛ in illo ieſu xp̄i miſterio angelorū
choros adeſſe. ima ſummis ſociari ꝛ celeſtibus
iungi. vnū idem q̄ ex viſibilibus atq̄ inuiſibili
bus fieri. Greg⁹. in q̄rto dyal'. ꝛ de conſe. di. v.
Quis. Nota q̄lr̄ intelligit̄ celos apiri queād/
modū de manifeſtatōe de materia ſecreta dicit̄
mihi aperuit cor ſuū. non q̄ corrumpat̄ vl' diui
dat̄. ſed q̄ ſecretū manifeſtat̄. Ita dixit dalila
de ſampſone philiſteis. Nunc apuit michi cor
ſuū. Iudicū. xvj. Ita de filio dei q̄ eſt ſecret⁹ in
celo empireo. qn̄ deſcendit in hoſtia conſecrata
illa deſcenſio dicit̄ aperitio celorū. Hic eſt pais
q̄ de celo deſcendit. ſi q̄s manducauerit ex h̄ pa
ne viuet in eternū. Ioh̄. vj. Si dicat̄ xp̄s de ce
lo deſcendit in hoſtia. ḡ recedit de celo? Reſpō
deo q̄ nō dimittit celū. ad h̄ nota duas ſilitudi-
nes. Prima de domo habente centū foramina
vel mille foramia. in quolibet intrat radius ſol'
ꝛ tn̄ nō recedit de celo Ita xp̄s radius dei pr̄is
deſcendit in q̄libet hoſtia. ꝛ tn̄ nō dimittit celū.
Scd̄a de voce mea q̄ eſt in qualibet aure veſtra
iam videtis quot ſunt aures h̄. mō credo q̄ q̄li
bet habet duas. ꝛ in qualibet eſt vox mea. ꝛ ta-
men non recedit a me. Si v̄bum corruptibile ꝛ
tranſitoriū poteſt tantū. q̄tomagis v̄bum eter
num. de quo Ioh̄. j. In p̄ncipio erat verbuz ꝛc̄
Iō dauid. Dn̄s in templo ſancto ſuo. ꝛ ſil' dn̄s

in celo ſedes ei⁹. Sicut v̄go grauida erat tēplum
dei. ita hoſtia cōſecrata eſt grauida templū dei
pōt dici vbi ſunt angeli. vt dicit Greg⁹. q̄ rex
nō vadit ſolus. ſi nō haberemus oculos lippos.
nec aures obturatas videremus ꝛ ſentiremus
eos cantantes. ſicut aliqui ſancti vt beat⁹ Tho
mas de aq̄no ordinis fratrū p̄dicatorū. q̄ ordia
uit officiū hodiernū qui cantat. Panis angeli-
cus fit panis hoim. dat panis celicus figuris ter/
minum. O res mirabil' manducat ſeruus dn̄m
paup ꝛ humil'. Moralit̄ patet q̄liter mundus
debet eſſe ſacerdos q̄ habet ibi iudicem ꝛ circū
dat̄ angelis. ꝛ manus ꝛ digiti implent̄ angelis
Si eſt bonus dicunt angeli. O bn̄dicte maiorē
grām habes q̄ nos ꝛc̄. Si ſit malus luxurioſ⁹
ↄcubinarius. luſor ꝛc̄. dicunt angeli xp̄o. Dn̄e
vultis vt occidamus iſtū p̄ditorem? Reſpōdet
xp̄s. nolo mortem peccatoris. ſed vt ↄuertat̄ ꝛ
viuat. Ezech. xviij. Queſtio eſt hic quam forte
facitis vos iam in cordib⁹ veſtris. Si ſacerdos
ſit male vite luxurioſus ꝛc̄. an talis hʒ illam po
teſtatem ↄſecrandi. q̄ de bono ſacerdote bene
credimus? Reſpōdeo q̄ tam bonus q̄ mal⁹ ſa-
cerdos dicendo v̄ba ↄſecrat vere. Ad hoc nota
ſimilitudinez de duobus canalibus aureo et li/
gneo p que aqua ab eodem fonte veit in ortum
ad rigandū caules. que tales erūt meliores nū-
quid tantū valent vne q̄ alie ex quo aqua ē ea-
dem. q̄ bonitas cauliū non eſt v̄tute canalium
ſed v̄tute fontis. Ita in p̄poſito. Fons vn̄ p̄ce
dit aqua totius mūdi ꝛ ſapie eſt xp̄us. Fons ſa
pientie v̄bum dei in excelſis. Ecci. j. Canalia p
que tranſit aqua conſecratōis ſunt ſacerdotes.
hoſtie ſunt herbe vel caules de terra tritici non
de alia materia. Canale aureū eſt bonus ſacer/
dos ꝛ deuotus. ligneum eſt ſacerdos male vite
ↄcubinarius. ſymoniacus. ribaldus ꝛc̄. tn̄ qui-
libet vere cōſecrat nō v̄tute ſacerdotis ſed xp̄i.
xp̄s aūt in fine faciet vt dn̄s orti. q̄ poſtq̄ vſus
eſt canalibus. canale aureū ponit in theſauro i
capſa celi. Qui mihi miniſtrat me ſequat̄ ꝛ vbi
ſum ego illic ꝛ miſter meus erit. Ioh̄. xij. Cana
le ligni putridi ponit in igne ad cōburenduʒ in
inferno. Iō aplūs. Probet aūt ſelp̄m hō. et ſic
de pāe illo edat ꝛ de calice bibat. q̄ em̄ māducat
ꝛ bibit idigne iudiciū. ſ. dānatōis ſibi māducat
ꝛ bibit non dijudicans corpus dn̄i. j. Chorl. xj.
vbi dicit glo. amb. Ita puniet̄ ac ſi xp̄m p̄prijs
manibus interfeciſſet. Ecce hic operatio ſacer-
dotalis. Et vnde ſcitis hoc frater. Ego accepi
a dn̄o ꝛc̄ ¶ Tertiū ſecretum mirabile huius ſac̄
menti eſt habitatio ſacramental'. O mirabl'e eſt
q̄ totus xp̄s in tam parua q̄titate habitet. Di
ces tu qualit̄ eſt hoc poſſibile? Item quomō eſt
poſſibile q̄ quādo frangit̄ hoſtia non frāgitur
totus xp̄us. imo totus integer manet. ꝛ in qua-
libet p̄ticula fractōis. Hic deficit omnis regula

philoſophie. Verũtamē ꝓ conſolatōe vr̃a oſtē
dam vob ſimilitudinem ad oculũ de imagie ve
ſtra q̃ntũcũq; ſitis magnꝰ que tota recipit̄ i ſpe=
culo. ⁊ ſi eſſent centũ mille ⁊ vltra ſpecula corã
vob in oibus eſſet imago vr̃a. ⁊ ſi frangat̄ ſpe=
culum. tñ non frangit̄ imago. imo in vnaq̄q; ꝑ
ticula eius manet integra. Et nunq̇d deus paṫ
poterit tm̄ de imagine ſua que eſt xp̃s. Xp̃s eſt
imago inuiſibil' dei. ij. Chor̄. iiij. et Collo. j. ho
ſtia eſt ſpeculũ. Diceret aliq̇s nõ eſt ſile de ima
gine in ſpeculo que non eſt corpalis. ⁊ de xp̃o ĩ
hoſtia q̇ habet verũ corpus: Dico q̄ imo. q2 ſb
tilius eſt corpus gl'oſum q̃ imago q̇ modico pã
no impedit̄ ne intret ſpeculum. corpus aũt glo=
ſum a nullo põt impediri. ſubtilius eſt luce. vo=
ce ⁊c̄. etiam imagine. Ideo dictis v̄bis ſtati to
tum corpus eſt in hoſtia tanq̃ imago in ſpec'lo.
Ideo de hoſtia cõſecrata põt dici. Candor eſt
lucis eterne ⁊ ſpeculũ ſine macula dei maieſtat̄
⁊ imago bonitatis illius. Sap̄. vij. Nota cãdor
eſt lucis eterne q̃ntum ad diuinitatem q̇ eſt ibi.
Pro quo ſciendũ q̄ vi v̄borum ſolum eſt ibi. ſ.
ſub ſpecie panis corpus xp̃i. ſed ex reali conco/
mitantia eſt etiaꝫ ibi aĩa. q2 corpus xp̃i eſt ibi
corpus viuum qḋ non eſt ſine anima nec ſine ſã
guine. Si in triduo apoſtoli conſecraſſent ſoluꝫ
fuiſſet ibi corpus xp̃i mortuum quale tunc erat
Sed mõ eſt viuum cũ anima ſanguine ſil' ⁊ di/
uinitate. vi v̄borum ſolũ eſt ibi corpus. ſed con
comitatiue eſt ibi anima cũ excellentijs ⁊ diui=
nitas cũ oibus ꝑfectõnibus. Sicut cũ aliq̇s do
minus inuitat aliquē magnuꝫ dñm vel p̄latum
ad prandiũ. ⁊ ille ſecum duceret ſcutiferos v̄tu
te v̄bi inuitantis ſolum eſt ibi dñs ille vel p̄la=
tus. Sed ex concomitãtia vel aſſociatõne ſunt
etiam ibi ſcutiferi. Ita ſacerdos conſecrãdo vi
v̄borum nõ conſecrat niſi corpus xp̃i p̄ciſe. ſed
conſequunt̄ ipm aĩa ſanguis ⁊ diuinitas. Iḋ
cogita quid tu manducas qñ cõmunicas. quia
de oibus rebus corpalibus ibi eſt melior. ſ. cor=
pus xp̃i. de creaturis ſpũalibus excellentior eſt
ibi. ſ. anima xp̃i. ſup omnia autē que deus fecit
vel faciet vel poteſt facere eſt diuinitas q̇ etiam
eſt ibi. Ideo dicit autoritas. Candor ē luc̄ eter
ne. ſ. q̃ntum ad diuinitatem. Ideo hoſtia eſt ro=
tunda q̄ ſignificat eternitatem dei. ⁊ ſpeculum
ſine macula q̃ntum ad animã. Ideo hoſtia debꝫ
eē puriſſima ⁊ alba Et imago bonitatiſ dei q̃ntũ
ad corpus ꝑ quod compleuit ſuam bonitatē in
oꝑe redemptõnis. ¶ Moralit̄ habemus h̄ do
ctrinaꝫ q̄ ſi digne volumus cõmunicare habea
mus tria. ſ. candorem lucis eterne ꝑ verã credē
tiam ſine errore ⁊ falſa opinione. Scḋo ſpeculũ
ſine macula ꝑ caſtitatē. Tertio q̄ habeamꝰ ima
ginem bonitatis illius ꝑ firmam amiciciam. q2
ſicut xp̃us noluit recipe vindictam de inimicis
ſuis. nec vos de veſtris amore ſui. Ideo xp̃us.

Beati pacifici qm̄ filij dei vocabunt̄. Mat. v.
Nota pacifici ſm̄ ethy. i. pacem faciẽtes. ⁊ ma=
ledictus eſt q̇ pacem impedit. de q̇bus põt dici
damnati garrifici qm̄ filij diaboli vocabuntur.
¶ Quartũ ſecretũ mirabile eſt ꝑceptio ſenſual'
q2 ſenſus corpales vident̄ decipi circa euchari
ſtiam. q2 aliud ſentit̄ q̃ credat̄. q2 oculus nõ vi=
det xp̃m ſed albedinem. nec audit̄ xp̃s nec odo
ratur. Quare hoc xp̃s bene poſſet facere q̄ ſic
imago videt̄ in ſpeculo q̄ ip̄e videret̄ in hoſtia
ſicut a multis ſanctis fuit ibi viſus. Sed h̄ non
vult duplici ratõe. Prima neceſſitatis. Secun=
da vtilitatis. Neceſſitatis. q2 oportꝫ cõmunica
re. q2 ſicut totũ noſtrũ malum venit nob ex eſu
fructus. ita vult deus q̄ totum bonũ veniat no
bis ex eſu fructus. de quo dicit̄ virgini Marie.
Bñdictus fructus ventris tui. Et abomiabile
eſſet carnem humanã viſibiliter comedere ⁊ ſã=
guinem bibere. Sed ſicut medicus coopit pil=
lulam oblata vel hoſtia. ne ꝑſonis delicatis ſit
faſtidioſa. Ita xp̃s medicus noſter cuius caro
eſt pillula noſtre ſalutis q2 alit̄ non poſſemꝰ ſal
uari niſi ꝑ cõmunionem coopit ne videat̄ neq;
ſapor carnis ſentiat̄ ⁊c̄. Ecce neceſſitas. De h̄
ait ꝓpheta Eſa. Te adorabũt. ſ. in hoſtia cõſe=
crata. teq; dep̄cabunt̄ tm̄ in te eſt deus. et non
eſt deus abſte. vere tu es deus abſcõditus deꝰ
iſrael ſaluator. Eſa. xlv. Nota tm̄ in te deꝰ Iſta
dictio excluſiua tm̄ excludit alia ſacramẽta in q̇
bus nõ eſt deus niſi figuratiue. ſolũ iiſto ſacra=
mento realiter ⁊ ꝑſonal'r. De hoc vide ſanctuꝫ
Tho. iij. pte. q. lxxv. ar. j. Nõ dicit ſimilitudia=
rie ſed vere. Caro mea vere eſt cibus ⁊ ſanguis
meus vere eſt potus. conſtruit̄ ſic. Cibꝰ ille ve=
re eſt caro mea. ⁊ potus ille vere eſt ſãguis meꝰ
Joh. vj. Secunda ratio eſt vtilitatis. ſ. nr̃i me=
riti. articulus de hoc ſacramento eſt valde ma=
gni meriti ꝓpter difficultatem ſenſuũ q̇ iudicãt
oppoſitum de hoc quod credimꝰ. Si eñ credit̄
q̄ hoſtia ſit alba nec grates habetis. q2 ad ocu=
lum videtis. Sed meritum eſt credere q̄ ibi ſit
xp̃us quem nõ videtis. Gregorius. Fides non
habet meritũ vbi humana ratio ꝑbibet experi
mentum. Sed meritum eſt credere. q2 ip̄e dixit
q̄ realiter. Ip̄e eñ non poteſt mentiri nec deci=
pere. Ideo facimus ſibi magnum honorem cre
dendo ſimplicit̄ dicendo. Dñe licet intellectus
meus nõ capiat hoc miſterium. tamen credo ex
quo vos dicitis. Ip̄e dicit. Beati q̇ nõ viderũt
⁊ crediderũt. Joh. xx. Multi ſancti xp̃m vide
runt in hoc ſacramẽto. ¶ Quintũ ſecretũ mira
bile eſt receptio vſual'. q2 ꝑmittit ⁊ vult a nob
non ſolũ adorari ſed recipi ſm̄ vſum ⁊ cõſuetu=
dinem eccl'e. Sacerdotes quolibet die celebran
do bñ parati ⁊c̄. Perſone deuote q̇libet menſe
ex bono conſilio. Alij aũt ſemel in anno. ſ. in pa=
ſca ex p̄cepto. aliter nũq̃ recipiet̄ in celo. Dicũt

angeli. O res mirabil' manducat ẜuus dominū
paup ⁊ humil'. O magnum mirabile eſt hoc. et
quare facit qualem vtilitatem habet? Dico ꝙ h̄
inſtituit duplici ratōne. Primo ꝓpter honorez
ſuum. Scdo ꝓpter ꝑfectum noſtrum. honor ē
regi victorioſo recipi fideliter intra caſtra q̄ bel
lando acquiſiuit. ⁊ ꝑ oppoſitū dedecus quando
non ꝑmittunt ipm̄ intrare. De q̄bus dicit Jo-
hannes. In ꝓpria venit ⁊ ſui eū nō receperunt
Joh. j. Sed bn̄ ꝑmiſerunt intrare iumēta. pul-
los. capones ⁊c̄. Secunda ratio eſt ꝓpter nr̄m
ꝑfectum. Si rex vel papa faciūt gratias mag̃s
vbi bene recipiunt. q̄tomagis xp̄s rex et papa
ſimul ex cuius digna receptōe ineſtimabilit' ꝑ-
ficiunt xp̄iani. Dauid. Memoriā fecit mirabi-
lium ſuorū miſericors ⁊ miſerator domin' eſcā
dedit timentibus ſe. pſ̄. cx.

De eodem Sermo ſecūdus.

Hoc facite in meā cōmemoratiōez. Uerbū iſtud habet
textualit'. j. ad Chori. xj. ⁊ recitatiue
in epl'a p̄ſentium octauarū. Inter om̄ia ſacm̄ē-
ta eccl'e ſacramentū euchariſtie expſſius ⁊ pro-
prius repſentat nobis ⁊ oſtendit amorē et cha-
ritatem xp̄i ieſu ad nos ac paſſionē ⁊ mortez q̄s
xp̄us ꝓ nobis ſuſtinuit. Ideo de hoc modo vo
lo p̄dicare. Materia erit deuota. ſed p̄us ſalu-
tetur v̄go Maria. Sanctū ſacrificiū altar' ha
bet duas conditōes vel ꝓprietates. Prima eſt
ꝙ eſt veritas plena. Secūda ꝙ eſt figura vera
De p̄ma q: xp̄us plene ⁊ realit' verus deus ve-
rus homo in aīa ⁊ corpe glo'ſo eſt in hoſtia cō
ſecrata quemadmodū eſt in cel'. licet ocul' corpa
libus non videat' a nobis. tamē ibi eſt veracit'.
iuxta ꝓphetiā. Uere tu es deus abſcōdit' deus
iſrael ſaluator. Eſa. xlv. Et loquebat' de chriſto
iſto reſpectu fit feſtum hoc heſternū. Secūda
ꝯditio ſeu ꝓprietas ꝙ eſt figura vera. ſ. paſſio-
nis xp̄i. que nobis ꝓpriiſſime repſentat' in h̄ ſa-
crificio. Quia ſicut xp̄us fuit eleuatus ⁊ cruci-
fixus inter duos latrones. Ita hoſtia cōſecrata
eleuat' duabus manibus dextera ⁊ ſiniſtra que
ſignificāt latrones. Et ſicut tunc corpus chriſti
erat album ex ſanguinis effuſione. ita eleuatur
hoſtia alba. Ideo quādo videt' debet cogitare
xp̄ianus tali modo fuit redemptor meus in cru
ce eleuatus. ⁊ ſic xp̄us obtulit ſanguinem ſuuz
patri in p̄cium ꝓ omnibus ſibi credentib' ⁊ obe
dientibus. Ita ſacerdos offert calicem. Ecce q̄-
liter habet figuram veram. Ideo dicit collecta
huius feſtiuitatis. Deus qui nobis ſb̄ ſacramē
to mirabili paſſionis tue memoriā reliquiſti ⁊c̄
Ideo de hoc ſacramento dicit thema. Hoc faci
te in meam commemoratōnem. Inuenio ꝙ ſa-
crata paſſio chriſti ex ordinatōne diuina vt me-
moret' a nobis repſentat' quinq3 ſenſib' noſtri
ſc3 viſui. auditui. odoratui. tactui. guſtui. Paſ
ſio xp̄i ad omnes ꝑtes intellectus repſentatur.
quia dicit philoſophus ꝙ nihil eſt in intellectu
quin p̄us fuit in ſenſu. Quicq̄d eſt in corde na-
turalit' habet intrare ꝑ aliquam portam ſenſus
Ideo in qualibet porta poſuit ſignum ſue paſſi
onis dicens. Hoc facite in meam cōmemoratōz
Primo paſſio chriſti repſentat' viſui. quia vult
domino ꝙ in terra chriſtianorū non ſoluz in ec-
cleſijs ſeu locis. ſed etiam extra per vias cruces
eleuent'. Ratio vt quādo tranſis ꝑ viam et vi-
des crucem habeas memoriam de xp̄i paſſiōe.
dicendo. O domine amore mei voluiſtis in cru
ce pati. nō intelligatis ꝙ cruces ſint in eccleſia
ſeu in via vt adoretis illud lignum vel lapidez
aurum vel argentum. vt dicunt ſtulti iudei. ſed
vt adoremus chriſtū crucifixum quem repſen-
tant ad memoriam. ⁊ de hoc do vobis talem ſi-
militudinez. Si pater vel frater alicuius fuit in
furca ſuſpenſus. deinde ſepultus. quādo trāſi-
bit iuxta illam furcam ⁊ videbit eam frater vel
filius ſuſpēſi. totus alteratur ⁊ turbat' in ſemet-
ip̄o cogitando in hac furca pater meus vel fra-
ter fuit ſuſpenſus. Ita de nobis quando vide-
mus crucem ſtatim debemus cogitare In tali
cruce fuit ſuſpenſus redemptor meus pater et
frater meus. ⁊ debet adorare dicendo. Adora-
mus te chriſte. Hoc fuit iam ꝑ Eſaiam ꝓpheta
tum qui fuit ante chriſtum ꝑ quingentos ānos
dicens Omnes habitatores orbis qui morami
in terra. Cū eleuatum fuerit ſignum in mōtibus
videbitis. ⁊ clāgorem tube audietis. Eſa. xviij
Nota cum eleuatū fuerit ſignum non dicit qd
ſignum. Ideo cum dicit ſignuz abſolute per ex
cellentiam intelligit' de ſigno crucis. ſicut quā-
do dicit ph'us abſolute intelligitur Ariſtoteles
quando dicit' apoſtolus intelligit' Paulus per
excellentiam. Idem in ꝓpoſito de ſigno crucis
Nota clangorem tube. quia quādo chriſtian'
videt crucem. ſtatim in corde ſuo debet ſonare
illa tuba. Jeſu nazarene fili dei viui miſerere mi
chi peccatori ⁊c̄. Ecce ſignum ad oculos ad vi-
dendum ⁊ memorandum chriſti paſſionem.
Nota ꝙ ante ieſu xp̄i paſſionem ꝑ mille ⁊ quin
gentos annos iam iudei adorabant crucem. vt
habet' Numeri. xxj. Nota hiſtoriam de ſerpen
tibus eo ꝙ iudei murmurarunt cōtra deū moy
ſen ⁊ aaron. ⁊ deus miſit ſerpentes ⁊c̄. Orauit
autem Moyſes deum ꝓ populo. ⁊ locutus eſt
dominus ad eum. Fac ẜpentem eneum. et po-
ne eum ꝓ ſigno qui ꝑcuſſus aſpexerit eū viuet.
Et dicit textus ꝙ Moyſes fecit ẜpentē eneuz.
⁊ poſuit eum pro ſigno quem percuſſi aſpicien-
tes ſanabantur. Numeri viceſimop̄mo. Ecce ſi
gnum p̄mum. Ergo hoc facite. ſ. eleuādo crucē
in meam commemoratōnem. Secūdo xp̄i paſ

ſſo repꝰſentaṫ auditui. vt ꝑ aures intrat memo-
ria paſſionis ad coꝛ. nihil em̄ tantum mouet coꝛ
creature ad deuotōnem ⁊ peccatoꝝ ꝯtritōnem
q̄ꝫtum mēoꝛia paſſionis xp̄i. nec aliq̄d eſt quod
tantū inflām̄et coꝛ ad eius amoꝛem ⁊ dilectōem
Nota hāc ſimilitudinē de illis duobꝰ magnis
amicis omnino ſimilibus. ⁊ accidit ꝙ vnus eo-
rum fecit furtum ꝓ quo captus ⁊ ſententiatus
fuit ad ſuſpendendū. qꝺ ſciens amicus eius ex
amoꝛe nimio non potuit ſuſtinere ꝙ amicꝰ ſuus
ſuſpenderetˀ. ꝓpter quod venit ad captōēꝫ ⁊ in
duit ſibi veſtes amici capti ⁊ ſuas reſtituit ami
co capto dicens. vade qꝛ ego amoꝛe tui ſuſpen-
dar vt tu euadas. Et ita factum eſt. fur euaſit
⁊ ille amicus fuit ſuſpēſus. Modo dicatˀ quan
tum tenebatˀ illū amicum diligere. ꝑfecto intan
tum ꝙ qñcunqꝫ recoꝛdabatˀ vel loquebatˀ de il
lo ſtatim flebat ex amoꝛe. Ita ꝓpꝛie eſt de dn̄o
ieſu xp̄o. Ipſe em̄ ⁊ genus humanum ſunt duo
amici valde dilecti intātū ꝙ amoꝛ xp̄i ad genꝰ
humanū excedit omnem amoꝛē. Unde apoſto-
lus. Propter nimiā charitatem ſuā qua dilexit
nos. Ad Eph. ij. Propter nimiā notat exceſſū
dilectōnis. humanū aūt genus ex furto. ſ. Ade
erat ſententiatū ad ſuſpendiū inferni. Sꝫ quid
fecit filius dei. ꝑfecto ieſus xp̄us vt ille fidelis
amicus venit ad captōnem huius mūdi. ſ. in in
carnatōe ⁊ indutus eſt veſtem latronis. ſ. hūa-
nitatem. Qui cū in foꝛma dei eſſet. non rapinaꝫ
arbitratus eſt eſſe ſe equalem deo. ſed ſemetip-
ſum exinaniuit foꝛmam ſui accipiēs in ſimilitu
dinem hoim factus ⁊ habitu inuentus vt hō.
Ad Philˀ. ij. ⁊ veſtem ſuam reſtituit amico. ve-
ſtis xp̄i eſt dei filiatio ꝑ eternā generatōēꝫ. hac
veſte filiatōnis veſtiuit amicum ſuum ꝑ tp̄aleꝫ
regeneratōem. ſ. in baptiſmo. Dedit poteſtatē
filios dei fieri his qui credūt i nomie eius. Qui
non ex ſanguinibus neqꝫ ex volūtate carnis ne
qꝫ ex volūtate viri. ſed ex deo nati ſunt. Et ver
bum caro factum eſt ⁊c̄. Joh. j. Et filius dei ꝓ
amico fuit ſuſpenſus. nec fuit cognitus. Si em̄
cognouiſſent nunq̄ꝫ dn̄m glˀe crucifixiſſent. j. ad
Choꝛ. ij. ⁊ humanū genus euaſit. Ecce qualeꝫ
ratōꝫ habemus diligendi xp̄m. poſſemus hr̄e
maioꝛem? certe nō. Ideo quādo audimꝰ loqui
de eo ⁊ de eius paſſione ſtatim coꝛ noſtrum de
bet moueri ⁊ inflāmari ad eius deuotōēꝫ ⁊ dile
ctōnem ad eius ſuitium ⁊ peccatoꝝ vitatōem
quibus offenditˀ. De hoc ꝓpheta dauid. Dixit
dominꝰ ex baſan. cōuertam cōuertam in ꝓfun-
dum maris. vt intingatˀ pes tuus in ſanguine.
lingua canum tuoꝝ ex inimicis ab ip̄o. Pſalˀ.
lxvij. ¶ Nota ſecreta. baſan ſm̄ interpꝛetatōꝫ
hebꝛaicam idem eſt qꝺ confuſio. Ille eſt in ba-
ſan qui eſt in confuſione. quia nullum oꝛdinem
tenet nec oꝛatōnis nec cōfeſſionis ⁊c̄. ſed ſicut
beſtia ambulat de peccato in peccatum. De ta-
li dicit dominꝰ. Ex baſan cōuertam. Licet eniꝫ
ſit in peccatis antiquatus ego cōuertam domi-
ne ⁊ quomō? reſpondit. Conuertam in pꝛofun-
dum mari. i. contritōnis. quia cōtritio nō eſt ni
ſi amarus doloꝛ peccatoꝝ. Verbi grā. Quan-
do religioſus qui vixit ad libitum non ſuando
regulam ⁊c̄. et deus facit ſibi gratiam ꝙ conte-
ritur dicēdo. O miſer ⁊ quid erit de me ⁊c̄. tūc
conuerſus eſt ex baſan in ꝓfunduꝫ maris. Idē
de ſacerdote ⁊ de laicis hominibus ⁊ mulieribꝰ.
Et qualiter ſeu quomō fiet iſta conuerſio in ꝓ-
fundum maris. dicit pater filio vt intigatˀ pes
tuus in ſanguine. Inferioꝛ pars coꝛpoꝛis ē pes
Superioꝛ caput. Sic etiaꝫ in xp̄o ſunt due par
tes due ſbſtātie. ⁊ ſupioꝛ pars eſt diuinitas tā-
q̄ꝫ caput. ⁊ inferioꝛ pars eſt humanitas tāq̄ꝫ vt
pes. Sed iſte due ſubſtātie ſolum faciūt vnam
ꝑſonam. dicit ergo. ex baſan cōuertam. conuer
tam in ꝓfundum maris. Et quomō? vt intiga-
tur pes eius. id eſt coꝛpus eius tinctum fuit in
ſanguine in capite ꝑ ſpinarū coꝛonatōem in to-
to coꝛpe ꝑ flagellatōnem. in bꝛachijs ⁊ manibꝰ
ꝑ clauatōnem. idem de pedibus. Et lingua ca-
num tuoꝝ. xp̄us eſt paſtoꝛ eius oues ſunt xp̄ia
ni. Ego ſum paſtoꝛ bonus ⁊ cognoſco oues me
as. Joh. x. Paſtoꝛ autē habēs oues indiget ca
nibus. alˀs lupi ⁊c̄. Iſti canes ſunt p̄dicatoꝛes
qui latrant cōtra lupos inferni. Ideo p̄dicato-
res ſepe debent loqui de xp̄i paſſione. Ideo di
cit. lingua canum tuoꝝ. i. p̄dicatoꝝ de xp̄i paſ
ſione p̄dicantium. Sic em̄ conuertitˀ peccatoꝛ.
Quis em̄ eſſet ita infidelis ⁊ obſtinatus q̄ quā-
do audit. xp̄us tam crudelitˀ paſſus eſt pꝛo me.
ꝙ nō caueat a peccatis ne xp̄m offendat. Et ſic
ex inimicis. i. demonibus liberatˀ peccatoꝛ nō a
p̄dicatoꝛibus niſi inſtrumentalitˀ. ſed ab ip̄o ſꝑ
liberamur faciēdo pacem. remittendo iniurias
ab ip̄o. ſ. xp̄o. quia exemplo eius qui pepercit
⁊ oꝛauit ꝓ crucifixoꝛibus. Nota hic quomō ē
duplex remiſſio. ſ. neceſſaria. alia voluntaria.
Neceſſaria ē remittere odiū coꝛdis ⁊ deſideriū
vindicte. voluntaria ne petat iuſticiā quā iuſte
poteſt ꝓſequi. Pater meus celeſtis tradet vos
toꝛtoꝛibus. quia ſi non dimiſeritis hominibꝰ pec
cata eoꝝ. nec pater veſter dimittet vobis pctā
veſtra. Matth. vj. Tertio chꝛiſti paſſio repꝛe-
ſentatˀ odoꝛatui. ſ. in thurificatōe. Quare credi
tis ꝙ deṫ incenſum in eccl̄a in magnis feſtiuita
tibus niſi ad memoꝛiā paſſionis xp̄i. Idō quan-
do vos ſentitis illum odoꝛē ſuauem incenſi de-
betis cogitare qualem odoꝛem ⁊ q̄litˀ odoꝛiferū
ſacrificiū dedit anima chꝛiſti in paſſione quā cū
tanta patientia ſuſtinuit deo patri ⁊ ſanctis an-
gelis in celo ⁊ ſanctis patribus in limbo. Nota
ꝙ quinqꝫ ſimilitudines inuenio inter coꝛpus ie
ſu chꝛiſti ⁊ thuribulum. ¶ Primum eſt quia
thuribulum eſt inferius clauſum. ſupꝛa aptum

Ita xp̄us clauſus fuit q̄tū ad iſta terrena ⁊ mū
dana. q̄z nihil voluit nec portabat pecunias in-
tantū φ dicit̄ Mar. xj. φ circūſpectis omnib⁹
cum iam hora veſptina eſſet exijt in bethaniam
cum duodeci. vbi dicūt glo. φ reſpiciebat ſi for
te poſtq̄ p̄dicauit inuitaret̄ ab aliquo ad pran-
dium. al's tempe meſſiū apoſtoli colligebāt ſpi-
cas ⁊c. Idem in ſero ſi non inuitabat̄ ab aliquo
ad dormiendū ibat ad deſertum dormire. ſ3 ſu/
pra terram. q̄z tm̄ deſiderium erat celeſte ‖ Se-
cunda eſt q̄z quādo thuribulū exit de op̄atorio
eſt p̄fulgidum. Sed tandē ignis vaporatōe ob
ſcurat̄. Ita xp̄us quādo exiuit de op̄atorio vte
ri v̄ginalis. Argentarius q̄ operatus fuit eum
fuit ſpūſſanctus. Specioſus erat p̄ filijs hoim.
Dauid. Tanq̄ ſpōſus p̄cedēs de thalamo ſuo
Sed igne paſſiōis fuit deturpat⁹ q̄n fuit plaga
tus ſcopis. videbat̄ leproſus depilata barba.
ita φ q̄n v̄go Maria vidit eum non cognouit
eum. iuxta p̄phetiam Eſa. Uidimus eu3 ⁊ non
erat aſpectus. ⁊ deſiderauimus eū deſpectum
⁊ nouiſſimū virorū. virū dolorū ⁊ ſcientē3 infir
mitatem. Et q̄ſi abſconditus vultus ei⁹ ⁊ deſpe
ctus. Eſa. liij. Tertia eſt q̄z thuribulū eſt p̄fo-
ratum. Ita corpus xp̄i fuit totū p̄foratū i capi-
te p̄ coronam ſpineam. in manibus ⁊ pedib⁹ p̄
clauos. in latere p̄ lanceam. in toto corpe p̄ fla-
gella. ‖ Quarta eſt q̄z thuribulū eſt prunis ig-
neis plenū. Ita corpus xp̄i prunis illius ignis
de quo ip̄e dixit. Ignem veni mittere in terra3
⁊ quid volo niſi vt ardeat. Lu. xij. Cuius pru-
ne ſunt charitas. amor. deuotio. v̄tus ⁊ hmōi.
‖ Quinta q̄z thus ſuprapoſitū tandē euaporat
fumū album ſuauiſſimū. Ita corpus xp̄i q̄n de
eo exiuit illa anima ſanctiſſima ⁊ puriſſima que
dedit odorē ſuauiſſimū obedientie deo p̄ri. An
gelis ex eorū repatōne. ſanctis patrib⁹ ex eorū
liberatōe. humano generi ex redemptōe. mor-
tuis ex multorū reſurrectōne. Ecce q̄re in eccle-
ſijs dat̄ incēſum. vt etiā p̄ nares memoria paſſi
onis xp̄i intret ad cor. De hoc Autoritas ad lit
teram Apoc. viij. Alius angelus venit et ſtetit
an̄ altare. h̄ns thuribulū aureū in manu ſua. et
data ſunt illi incenſa m̄lta. ⁊ aſcēdit fum⁹ incen
ſorum de oratōnibus ſanctorū de manu angeli
coram dn̄o. Nō alius angelus xp̄us nō fuit an
gelus. ſed creator dn̄s angelorū. ſed angel⁹ idē
eſt q̄d miſſus. Et quia xp̄s inq̄tum hō miſſus
fuit a deo p̄re. ideo dicit̄ angelus. Sicut em̄ fra
ter minor q̄ tenet vitā ⁊ regulā beati Franciſci.
dicit̄ alius franciſcus. ⁊ frater p̄dicatorū alius
domīcus. Ita xp̄us miſſus a p̄re dicit̄ alius an
gelus. ⁊ venit. ſ. in h̄ mundo. ⁊ ſtetit an̄ altare.
vbi obtulit ſacrificiū p̄ noſtra redemptiōe. fuit
crux in monte caluarie ſita vbi ſtetit. q̄z non mo
uebat̄ niſi vt crucifixores dicebant. quādo dice
batur ſibi. depone veſtimēta. dicebat libenter.
⁊ ſic de alijs h̄abens thuribulum. ſ. eius corp⁹
ſanctum. Aureum ex valore. in manu ſua. id eſt
poteſtate. quia in manu ſua erat mori vel non.
Nemo tollit (dicebat xp̄us) animā meam a me
ſed ego ponam eā a meip̄o. poteſtatē habeo po
nendi eam. ⁊ poteſtatē habeo iterū ſumēdi ea3.
Joh. x. Et data ſunt illi incēſa m̄lta q̄ ſunt ora-
tiones ſanctorū. quia omēs deſiderabant ſuam
paſſionem. Angeli vt ruina eorū repararet̄. San
cti patres vt liberarent̄. Et aſcendit fum⁹ incen
ſorum ⁊c. Hoc dicit ap̄lus clarius. Xp̄us dile-
xit nos. ⁊ tradidit ſemetip̄m p̄ nobis oblatōe3.
⁊ hoſtiā deo in odorē ſuauitatis. Ad Ephe. v.
Quarto xp̄i paſſio rep̄ſentat̄ tactui p̄ pn̄ialem
afflictō3. ſenſus tactus dat cognitō3 int̄ calidū
⁊ frigidū. inter molle ⁊ duru3. inter leue ⁊ aſpe
rum. que nec viſu ſiue auditu nec odoratu co/
gnoſcunt̄. ſed tactu. Tunc em̄ ſenſu tactus ſen
timus xp̄i paſſionē quādo facimus penitentiā.
Tunc em̄ ſentimus duriciē ⁊ aſperitatem paſ-
ſionis xp̄i. quādo hō dolet cōterit̄ ⁊ lachryma
tur p̄ peccatis. tūc ſentit paſſionē xp̄i. q̄ quādo
fuit in agonia. id eſt anxietate. factus eſt ſudor
eius ſicut gutte ſanguis decurrentis in terram.
‖ Sc̄do q̄n homo poſt ꝯtritō3 vadit ad cōfeſſio
nem. vbi coram cōfeſſore tanq̄ corā iudice vos
accuſatis dicendo. pater ego feci hoc et hoc ⁊c.
Tunc tangitis xp̄m quādo coram iudice accu-
ſabat̄ dicendo. Iſte incantator fecit hoc et hoc
Sentitis quō eſt durum coram iudice accuſari
‖ Tertio quādo confeſſor ſ̄m q̄litatem peccato
rum dat vobis pn̄iam. ⁊ vos acceptatis. tūc tā
gitis xp̄m qui acceptauit ſententiā vt crucifige
retur. Nō appellauit imo dicit iohānes φ baiu-
lans ſibi crucē ‖ Quarto quando cum diſcipul̄
vos caſtigatis. tunc tangitis xp̄m qui fuit gra
uiter v̄beratus. ⁊ totus ſanguinolentus duce-
batur ad crucifigendū. ‖ Quinto cū ieiunatis
tangitis xp̄m qui in ſua paſſione ieiunauit ⁊ ho
ra prandij menſa ſibi fuit parata. Menſa fuit
canna arundinis. mappa folia arundinis. eſca
ſpongia. potus acetū cū felle ‖ Sexto quādo p̄
ſeueratis in bona vita ⁊ penitentia. nec aliqua
cauſa deſiſtitis. tunc tangitis xp̄m q̄ noluit de
cruce deſcendere. cum ſibi diceret̄. Si rex iſra/
el eſt deſcendat nunc de cruce ⁊c. Alios ſaluos
fecit. ſeip̄m nō poteſt ſaluum facere. nec ex p̄ea
nec deriſionibus dimiſit oratōem ſuā. imo con-
tinuauit dixit centum ⁊ quinquaginta verſus.
Ecce quō ſenſu tact⁹ ſentit̄ paſſio xp̄i tangēdo.
dicit Mar. Quotq̄t tangebāt eū ſalui fiebant
Mar. vj. Sed aliqui tangunt xp̄m alit̄. ſ. cum
enſe lingue ip̄m inuadendo ⁊ ſcindendo. iuran
do. renegando. blaſphemādo. Iſti peiores ſūt
iudeis qui non fregerunt os. talis tactus nō eſt
penitentialis ſed criminalis. Auiſent̄ rectores
vt hoc vitiū corrigat̄. alit̄ ecce quid dic̄ de⁹ re/

ctoribus. Dominatores populi mei inique agũt ⁊ nomen meũ iugiter blaſphemat tota die ⁊c. Eſa.lij. Ideo non miremi ſi habetis tribulationes. Quinto xpi paſſio repſentat guſtui in cõmunione. Ad hoc em̃ ordinauit h ſanctũ ſacramentum vbi deuote cõmunicantes ſentiũt dulcedinem ſaporis palato anime. Xps in ſua paſſione ſenſit duos ſapores.ſ.ſaporem dulcem et aliũ ſaporẽ amarũ diuerſis reſpectibus. Et q̃s poſſet cogitare amaritudinem paſſionis chriſti Dicũt doctores ⁊ ſpecialit ſanctus Thomas i iij parte.nullus dolor martyꝝ poteſt ei compari nec Laurentij nec Vincentij ⁊c. Jõ dicebat ipe. O vos omẽs qui tranſitis p viam attendite ⁊ videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Threñ.j. Iſte dolor erat in ſenſualitate in parte infima.ſed in parte ſupiori.ſ. in mente habebat tantam dulcedinẽ glorie q̃tam habet mõ i celo Sic in communione homo deberet ſentire iſtos ſapores. Primo amaritudinẽ paſſiõis.cogitãdo q illa hoſtia cõſecrata ſit diſcus argẽte⁹ vbi eſt ille agnus filius illius bñdicte ouis virginis coctus in veru crucis inter duos ignes.ſ. amoris ⁊ doloris. Sic ſentit amaritudo paſſionis xpi guſtu anime. Quotienſcũq̃ mãducabitis panem hunc ⁊ calicem bibetis. mortem dñi annũciabitis donec veniat ⁊c.j.ad Chorin.xj. Sapor aũt dulcedinis ſentit in cõmunione cogitando fructus ⁊ grãs quas habem⁹ ex cõmũnione. plus em̃ pficimus in gratia p cõmunionem q̃ p alia opa.qꝛ ex bonis opibus licet merita multiplicant.tamen non ex quolibet bono ope augmentat gratia.ſicut nec puer augmẽtatur ex quolibet bolo panis. Sed qñ hõ communicat digne ſemp augmentat gratia. Jdo dicebat dauid. Guſtate ⁊ videte q̃m ſuauis eſt dominus.ſ.digne cõmunicantib⁹. beatus vir qui ſperat in eo.ps̃.xxxiij. Ecce quare dicit thema. Hoc facite in meam cõmemoratõnem.

¶ In die corpis xpi. Sermo tertius.

Memoriã fecit mirabiliũ ſuorũ.eſcam dedit timẽtibus ſe.ps̃.xj. In iſtis vbis deſcribit ppheta tria mirabilia huius ſacramẽti. Figurã. Naturã. Culturã. Memoriã fecit. eſcaꝫ dedit timentibus ſe. Pro pmo ſciendum q inter omnia mirabilia noſtre fidei ſunt illa q̃ de hoc ſacrmento pdicamus ⁊ credimus q.ſ.in hoſtia cõſecrata ſit xpus deus ⁊ homo realit. ⁊ ſumẽdo hoſtiam conſecratã xpm ſumimus Vt ergo ad credendum oĩa que ſunt in hoc ſacro veraciter facili⁹ nos induceret q̃tumcũq̃ ſũt mirabilia facta mirabilia inducũt his ſimilia. vt reb⁹ mirabilibus fidem pberẽt facta mirabilia. Jõ dic Memoriam fecit. Mirabilia aũt que vident in hoc ſacramento difficilia ad credendum pñt reduci ad ſex que inueniunt pceſſiſſe ordiatiõꝫ hui⁹ ſacramẽti in rerũ natura ⁊ in ſcptura Et ordinando iſtud ſacramentũ deus fecit memoriã mirabiliũ ſuorũ. Primũ mirabile eſt de panis tranſſubſtantiatõe.ponit em̃ fides catholica.in h ſacramẽto conuertit ſba panis ⁊ vini in corp⁹ ⁊ ſanguinẽ xpi.eſt g̃ mirabile quõ h poſſit fieri. Sed q h diuina vtute poſſit fieri oſtẽdit deus p aliud mirabile qđ pceſſit in natura ⁊ in ſcptura. In natura q̃dem qꝛ videmus q granũ ſeminatum in terra attrahit terrã ⁊ ↄuertit in herbã deinde in ſpicã. vltimo in granũ. Idẽ facit vitl qꝛ trahit humorẽ ⁊ conuertit in vuã.deinde in vinum. Mltomagis g̃ poteſt h facere vt⁹ dei i xpi corpus ⁊ ſanguinem panẽ ⁊ vinũ ↄuertendo. Item adhuc certũ eſt q vtus celeſtis vapores eleuatos a terra ↄuertit in aliã materiaꝫ aliqñ in pluuiam. aliqñ in pruinã. aliqñ in niuem. etiã aliqñ in ranas. vñ recitat Albtus q aliqñ cũ pluuia cecidit vmiculus. Ergo ſi hãc cõuerſionem põt facere vtus celeſtis corpalis. mlto fortius xps illa mirabilia. ſ illa non mirantur hoies qꝛ frequẽtia ſunt. ⁊ tñ ſunt mirabilia ſed h mirant qꝛ noua.qñ g̃ xpus ↄuerſioneꝫ panis ⁊ vini in ſuum corpus ⁊ ſanguinẽ inſtituit.ſuorum mirabiliũ q̃ erant in natura.memoriam fecit in ſcriptura. Item adhuc aliud mirable legimus.qꝛ Exo. vij. ſcribit q virga i colubrum ⁊ coluber in vgam alteratis vicibus ↄuerſa ſit. Si g̃ in manu ſacerdotis veterl legis h mirabil conuerſio facta fuit.quare hec cõuerſio fieri non poſſit in manibus ſacerdotis noue legis. Adhuc ibidem legim⁹ q moyſes oĩa flumina egypti conuertit in ſanguinẽ. vnde dicit in ps̃. Conuertit in ſanguinẽ ⁊c. Mlto fortius põt h facere xps ⁊ ſacerdos noue legis. Sꝫ dices forte q ille ſacerdos non faciebat vtute verborũ ſicut mõ? Ad qđ reſpõdeo q imo. Naꝫ legim⁹ Nume.xx. q deficiente aq̃ dñs dixit moyſi ⁊ aaron. Loquimi ad petrã ⁊ dabit aq̃s. ⁊ ad vbum eorũ ↄuertit petrã in ſtagna aq̃rum ⁊c. Facilius aũt videret panẽ in corp⁹ ⁊ vinum in ſanguinẽ ↄuerti vtute xpi q̃ petram in aquaꝫ vñ Joh.ij. Solo vbo quertit xps aquã i vinũ Qđ g̃ mirable fecit in illo ↄuiuio ſile fecit i hoc ſacramẽto. Igit in inſtitutiõe huius ſacramẽti ⁊ eius ↄfectõe deus fecit memotiã ſuorũ mirabilium q̃ ſimilia pceſſerunt in opibus nature et vbis ſcripture. Jõ dꝛ in ps̃. Quis de⁹ magnus ſicut deus nr̃ qui facit mirabilia magna ſolus. Scdm mirable eſt de xpi ſumptõe.qꝛ ſumit ⁊ nõ ↄſumit.ſi em̃ eſſet mõs olimpius deberet eẽ ↄſumpt⁹.xps totiẽs ⁊ tot manducat ⁊ nũq̃ conſumit. ⁊ h eſt mirable.ſ diuina vtute poſſiblẽ ⁊ nihilominus in natura ⁊ ſcriptura pceſſit aliq̃d Vbi ſciendum q filius dei vocat in ſcptura ſcia ⁊ ſapia patrl. Ecci.xxiiij. Ego ſapia effudi

flumina. Vocaꝛ etiam fons ſapie. Eccꝰs. primo
Fons ſapie verbum dei in excelſis. vocatur lu=
men vt dꝛ in pſ̄. cxj. Exoꝛtuꝫ eſt in tenebꝛis lu=
men rectis coꝛde. Vocaꝛ autem ſciētia ⁊ ſapien
tia que ſunt vere res que date non decreſcunt.
vnde totā meam ſciam poſſem alteri dare ea to
ta in me remanēte. Jta etiam videmus de mari
ꝙ ſempꝛ flumina egrediunꝛ de mari. qꝛ mare eſt
fons omniū fluminū. ⁊ tamē non cōſumiꝛ. Jta
eſt in ꝓpoſito. Filius dei ſapientia ⁊ ars patri.
lumen de lumīe. deus a deo. fons totiꝰ ſanctita
tis ⁊ mare infinite bonitatis. exiſtens in hoc ſa=
cramento veraciꝛ quotienſcūqꝫ ſumptꝰ nunqꝫ
minuiꝛ Huic mirabili ſilr̄e quoddā mirablr̄e legi
mus in ſcriptura. iij. Regum. xvij. ꝙ helyas ⁊
mulier vidua comedebāt de farina ydrie ⁊ oleo
quod erat in lechito. ⁊ tamē ydria farine nō de=
fecit ⁊ lechitus olei non eſt minutus. iuxta ver=
bum domi. Per farinā hidrie coꝛpus xp̄i in pa
ne. ꝑ lechitum olei ſacramentū ſanguis in cōſe=
cratōe intelligiꝛ. que ſicut tunc ſumpta non cō=
ſumebaꝛ. Jta nec nunc coꝛpus ⁊ ſanguis chꝛi=
ſti in hoc ſacramento. Hoc idem fuit factuꝫ per
xp̄m. qꝛ de quinqꝫ panibus ⁊ duobus piſcibuſ
ſatiauit qnqꝫ milia hominū. Mat. xiiij. Et illa
ſumpta non fuerūt conſumpta. imo collegerūt
duodecim cophinos qui ſupꝑfuerāt. Sic ergo i
illo cōuiuio xp̄us fecit. ita facit nunc in h̄ ſacra=
mento. Jdeo Job. v. Ad deum ponā eloquiuꝫ
meum. qui facit magna inſcrutibilia ⁊ mirabi/
lia abſqꝫ numero ⁊c. Tertiū mirabile eſt ꝙ cri
ſtus diciꝛ eſſe in celo ⁊ nihilominus in h̄ ſacra=
mento. diciꝛ em̄ in vno altari ⁊ in alio ⁊ genera
liter in omibus in quibus hoſtia ꝯſecraꝛ. Quō
coꝛpus xp̄i poteſt eſſe in tot locis? Reſpondeꝛ
ꝙ eſt mirabile tam̄ poſſibile diuina virtute. Et
huius rei p̄ceſſit exemplū in natura ⁊ in ſcp̄tu=
ra. Jn natura quidem. qꝛ videmus ꝙ ideꝫ ver=
bum manet in mente ⁊ in oꝛatōe dicentis. ⁊ i au
re ⁊ mente cuiuſlibet audientis in diuerſis loci
Jta filius dei qui diciꝛ ꝟbum patris pōt eſſe in
pluribus locis ⁊ hoſtijs conſecratis. Jdē de ſo
no ⁊ de odoꝛe qui in diūſis locis idē ſunt. Huiꝰ
rei mirabile legimus in ſcriptura ſacra Apoca.
vlti. ꝙ Johānes vidit fluuiū aque viue ꝓcedē
tem de ſede dei. ex vtraqꝫ ꝑte flumis lignū vite
afferens fructus duodecim ꝑ menſes ſiogulos
reddens fructum ſuū ⁊c. ergo Johānes vidit
vnam rem ligni vite in duobus locis. quia ab
vtraqꝫ parte fluminis. alr̄s niſi eſſet ideꝫ ligunꝫ
vt ait Hiero. ſupꝑ illo pſ̄. Erit tanqꝫ lignum qđ
plantatū eſt. non dixiſſet lignum afferens. ſꝫ li=
gna. Jſte fluuius eſt largitas duoꝛū bonoꝛum
gratie ⁊ gloꝛie. in vna ripa huius fluuij eſt para
diſus que irrigaꝛ ripa gloꝛie. lignum vite ē chꝛi
ſtus qui eſt in vtraqꝫ parte. qꝛ in parte dextera
in ꝑadiſo. ⁊ in hoſtia conſecrata ꝑ ſacramentuꝫ
in h̄ mundo. Pōt ꝰ fieri ꝙ coꝛpus xp̄i ſit in plu
ribus locis. vt in celo ⁊ in terra. ⁊ in ſacrificijs
diuerſis ⁊ in altaribꝰ pluribꝰ. Ad ideꝫ eſt illud
p̄mo. Re. xxviij. ꝙ mulier ſuſcitauit ſamuelem
⁊ apparuit in h̄ mundo. ⁊ tn̄ realiter erat in lim=
bo. diuerſo igiꝛ mō eſſendi fuit ſamuel hic ⁊ ibi
cōſimiliꝛ xp̄s eſt in celo localiꝛ. in hoſtia ſacra=
mentaliter. mō eſſendi diuerſo. Jtem legimꝰ. ij
ad Choꝛi. xij. ꝙ paulus fuit in hoc mūdo. ⁊ tn̄
fuit raptus vſqꝫ ad tertiū celum. ſiue in coꝛpe.
ſiue extra. Si ꝰ ipe ſimlr̄ in celo ⁊ in terra. Qua=
re ꝰ xp̄us nō poſſet eſſe in celo ⁊ in ſacramento?
Jdem legiꝛ etiam de btō Ambꝛoſio. licꝫ nō ſit i
canōe ſacre ſcripture ꝙ ſimlr̄ fuit mediolani vbi
celebꝛabat. ⁊ Turonis vbi beatū Martinuꝫ ſe=
peliebat. Jdeo pſalmiſta bn̄ dicit. Qm̄ magnus
es tu. ⁊ faciens mirabilia tu es deus ſolus.
Quartū mirabile eſt. quō totū coꝛpꝰ xp̄i pōt
in tam parua hoſtia cōtineri. non ſolū in tanta.
ſed in qlibet eius ꝑte mīma ab alijs diuiſa. ſed
licet h̄ ſit mirabile. tn̄ eſt deo poſſibile. Et huiꝰ
inuenimus ſilr̄e in natura. qꝛ videmus ꝙ ſol qui
eſt maioꝛ tota terra recipiꝛ ⁊ videꝛ i paruo ſpe=
culo. ⁊ in qualibet eius parte ſi diuidaꝛ. Jtem
ꝑ artem videmus rem maioꝛē trāſire ꝑ minoꝛeꝫ
vnde vidi humano artificio caueā ligneam cuꝫ
vna auicula exiſtentē infra ventrē amphoꝛe ꝙđ
videꝛ impoſſibile. vidi etiā ouū groſſius collo
amphoꝛe. quod ꝑ humanuꝫ artificiū fuit intro
ductum in ventrē amphoꝛe. ꝰ iſta ſi poteſt face
re ꝟtus creata. multomagis xp̄us. Sicut ergo
diuinitas fuit in vtero ꝟginis. ita totū coꝛpus
xp̄i eſt in ſacramento. Huius hꝛ figura Apoca.
p̄mo. vbi Johānes vidit in medio ſeptem can=
delabꝛoꝛū aureoꝛū ſilr̄em filio hois. habentē in
dextera ſua ſeptem ſtellas. Septeꝫ candelabꝛa
ſunt ſeptem ſacr̄a eccl̄e in quoꝛū medio eſt xp̄s
filius hois in euchariſtie ſacramēto. ſicut ergo
in illa viſione xp̄s ꝗ eſt magnus apparebat i par
uo candelabꝛo. qđ tn̄ erat minus dei filio. Jta
xp̄s in h̄ ſacramēto magnꝰ eſt in ꝑua hoſtia. Qꝛ
aūt xp̄s maioꝛ eſt illo cādelabꝛo in ꝗ erat. patet
quia ipe habebat in dextera ſua ſeptē ſtellas. ꝗ
rum qlibet erat maioꝛ oibus ſeptē candelabꝛis
Ergo tūc vidit Johes rem maioꝛē in mioꝛi. ma
gnum homis filium in paruo medio cādelabꝛo
quem ⁊ nūc videmꝰ fide magnum in paruo eu=
chariſtie ſacramento. Quid eſt aūt ꝙ in dexte=
ra habebat ſeptē ſtellas? Dicenduꝫ ꝙ ꝑ illas ſi=
gnificabanꝛ ſeptē articuli fidei de diuitate. Nā
xiiij. ſunt articuli fidei. ſeptē ex ꝑte ſiniſtra hūa=
nitatis. ⁊ ſeptē ex ꝑte dextera diuitatis. Jdeo
pſ̄. dicit. A dn̄o factū eſt illud. ⁊ eſt mirabile in
oculꝛ noſtris. Quintū mirabile eſt ꝙ hoſtia i h̄
ſacramento frangiꝛ. diuidiꝛ ⁊ dētibus teritur.
⁊ tn̄ non leditur coꝛpus xp̄i nec frangitur Sed
manet integrum ⁊ illeſum. Sed licet h̄ ſit mira=

bile. tamē eſt deo poſſibile. exemplū quippe ſimi
le eſt in natura. Nam imagine in ſpeculo exiſtē
te ſi frangatur ſpeculum non frangitur imago.
et in quot partes ſpeculum frangitur. in tot re-
manet ⁊ reſultat imago. Ita in hoſtia poteſt fi-
eri de coꝛpe xp̄i virtute diuina. Huius figuraʒ
habemus Exo. iij. Uidit em̄ moyſes viſionem
magnam ꝙ rubus ardebat ⁊ nō comburebatur
videbat̄ ignis in rubo ardere. ac ſi deberet ru-
bum cōminuere ⁊ incinerare. ⁊ tamē ab igne n̄
ledebat̄ nec minuebat̄. Sic nec coꝛpus chꝛiſti i
oꝛe comedentis a dente nō ledit̄. ſed ſicut rub⁹
in igne ita coꝛpus xp̄i illeſum ⁊ integrum mānet
in oꝛe comedentis. Ideo pſalmiſta dicit. Cātā-
te domio canticum nouū. quia mirabilia fecit.
ps̄. xcvij. Sextum mirabile eſt quomō ꝗlibet
ſumens ⁊ cōmunicans totū coꝛpus xp̄i ſumit.
⁊ ſumens partem minimā ſumit totum ſicut ſu-
mens totam hoſtiam. Ratio eſt. qꝛ ſicut totum
v̄bum loquentis eſt in vna aure. ⁊ in qualibet
tam magna ꝙ̄ parua equaliter. Ita idem ſacra
mentū continet totum xp̄um. ⁊ cōmunicans ſu
mit ip̄m totū equaliter. Huius figurā habem⁹
Exo. xvj. de manna. vbi dicit̄ ꝙ plus colligēs
in mane non plus habebat ꝙ̄ ꝗ minus collige/
rat ſed putrefiebat. Ita in hoc ſacramento qui-
libet ſumit coꝛpus xp̄i equalit̄. ⁊ ſi quis cederʒ
in maioꝛi ꝙ̄titate plus inuenire fieret putredo
infidelitatis in aīma illius. Ideo Ecci. xj. Mi-
rabilia opa altiſſimi ſoli⁹ ⁊ gl'oſa ⁊ abſconſa. ⁊
inuiſa opa illius. id eſt ſic non vident̄ ad ſenſuʒ
licʒ viſa ſint in ſcriptura ⁊ natura ſ̄m intellectū
Ergo xp̄s inſtituendo hoc ſacramentū fecit me
moꝛiam mirabiliū ſuoꝛū. qꝛ p̄ceſſerant ſimilia i
natura ⁊ in ſcriptura. Unde dicit pſal̄. Mira/
bilis in altis dn̄s. teſtimonia tua credibilia fctā
ſunt nimis.

¶ In die venerabil' ſacramenti. Sermo ꝗrtus

Ego ſuʒ panis vi
uus ꝗ de celo deſcendi. Joh. vj. Cū
aliꝗs ſumme diligit ⁊ dilexit aliquē
ſi contingit ip̄m recedere ab eo conſueuit ſibi re
linquere aliquod donū in ſignum amoꝛis. Et cā
eſt vt habeat eius memoꝛiā. Xp̄us qui fuit et ē
verus deus ⁊ verus homo. pater ⁊ dn̄s noſter
ſumme diligit ⁊ dilexit apoſtolos. plus ꝙ̄ mat̄
filium diligit. ⁊ hoc ip̄e p̄fecte oſtendit. qꝛ p eis
⁊ p nobis moꝛi voluit. quod eſt ſignuʒ magne
dilectōnis. Autoꝛitas. Maioꝛem aūt hac dile
ctōnem nemo habet vt animaʒ ſuā ponat quis
pꝛo amicis ſuis. Joh. xv. Et ideo qn̄ debuit ab
eis recedere p moꝛtem in die cene congregauit
eos. ⁊ ſuū receſſum nunciauit. ⁊ eis donū maxi
mum ⁊ p̄cioſum dimiſit in ſignū dilectiōis. et h̄
vt haberēt memoꝛiam eius. Iſtud aūt donum
fuit coꝛpus ſuū ⁊ ſanguis ſuus p̄cioſus. quem
accepit de virgine Maria. ⁊ illud donū excel
lentiſſimum eſt. quia eſt verus deus ⁊ ver⁹ hō.
⁊ eſt memoꝛiale paſſionis ⁊ moꝛtis xp̄i. Naʒ al
tare ſignificat crucem. Ratio eſt. quia ſicut i al-
tari conſecrat̄ ſacramentalit̄ coꝛpus ⁊ ſanguis
chꝛiſti. ita in cruce realiter immolabat̄ Calix ſi
gnificat ſepulchꝛū. quia in calice continet̄ coꝛ/
pus ⁊ ſanguis xp̄i. ita in ſepulchꝛo coꝛpus chꝛi
ſti realiter continebat̄. Per patenam intelligit̄
lapis qui poſitus fuit ad oſtium monumēti ad
cooperiendū. ſic patena ad cooperiēduʒ calicē.
Per coꝛpale in quo ponit̄ coꝛpus xp̄i intelligū
tur lintheamina. in quibus inuolutū fuit coꝛp⁹
chꝛiſti. Et ideo vere eſt memoꝛiale. Unde xp̄s
dixit. Hec quotienſcūꝙ feceritis in mei memo-
riam facietis. Iſtud autē donum nobis dimiſ-
ſum debet eſſe nobis valde charū. quia valde
p̄cioſum eſt. ⁊ vt ip̄m magis charū habeamus
xp̄us de ſeip̄o dicit v̄ba ꝓpoſita. Ego ſum pa-
nis viuus ꝗ de celo ⁊c̄. In quibus verbis tria
tanguntur.

neris ſui vt ſint vob in eſcã. Geñ. j. Ita ꝙ a p̄n-
cipio ꝛ bñ p mille ꝛ q̄ngentos annos poſt ſoluꝫ
comedebant fructus gentes ꝛ bibebant aquaꝫ
ꝛ illa tunc dabant maiorẽ fortitudineꝫ q̄ mõ ca
pones galline ꝛ vinũ ꝛc̃. Deinde poſt diluuiuꝫ
qđ multũ deteriorauit arbores plantas ꝛ aquã
ita ꝙ pdiderũt magnam ptem ꝟtutis. Uidens
deus ꝙ fructus ꝛ aq̄ non eſſet cibus ad ſuſtẽtã-
dum naturã humanam ꝯceſſit licentiã comedẽ
di carnes. piſces dicẽs. Omẽs piſces mari ma-
nui veſtre tradite ſunt. ꝛ omne quod mouet' et
viuit erit vob in cibum. Geñ. ix. Et cõceſſit licẽ
tiam bibendi vinũ. Et tunc Noe incepit exerce
re terrã ꝛ plantauit vineã. Deinde venit tẽpus
moyſi in quo deus de cũctis mũdi popul' elege-
rat iudeos. de quo pp̄lo debebat naſci filius dei
ſm humanitatem. ꝛ tunc deus reſtrinxit eſcas
illi pp̄lo. vt ptꝫ Leui. xj. precipiens eis ne come
derẽt animal qđ nõ ruminat nec diuidit vngu-
la. Ideo nõ comedunt porcũ. q2 licꝫ diuidat vn
gulam non tñ ruminat. Idem de lepore. Item
de volucribus p̄cipit eis ne comederent aq̄lam
grifonem falconem ꝛc̃. Item de piſcib⁹ ꝙ non
comederent piſcem niſi haberet pennulas ꝛc̃.
Ideo nõ comedũt anguillã marinã ꝛc̃. Sed q̄-
re deus p̄cepit hoc iudeis? Reſpõſio q2 de illo
pp̄lo debebat naſci meſſias. ꝓpter qđ de⁹ fecit.
vt fit cõmunit' de filio regis. q2 ei⁹ nutrici dãtur
certe eſce de conſilio medicorũ non amore ſui ſ;
filij regis. vt ſit bñ complexionat⁹ Et p̄cipit' nu
trici vt abſtineat a ceteris cibis vel eſcis q̄ ſunt
male complexionis. Ita fecit deus de gente iu
daica de q̄ naſciturus erat filius regis. ſ. xp̄us.
voluit deus vt abſtinerẽt a cibis viſcoſis ꝛ ma
le complexionis. Sed ex quo filius regis iaꝫ nõ
indiget nutrice. ipa poteſt comedere ad libituꝫ
q̄cq̄d vult ꝛ placet ſibi. Ideo nos mõ nõ abſti-
nemus ab illis eſcis. q2 omis creatura dei bona
ꝛ nihil reijciendum quod cũ gratiarumactõne
pcipit'. ſanctificat' em̃ p ꝟbum dei ꝛ oratõnem.
p̄ma ad Thimo. iiij. Ecce q̄liter deus a princi-
pio vſq̄ mõ ꝓuidit nature humane de cib cor-
poralibus ſm diuerſa tpa. hoc totum dicit da-
uid in q̄dam autoritate. Oculi oim in te ſperãt
dñe ꝛ tu das eſcã illoꝝ. ſ. corpalẽ in tpe oportu

no. pſ̃. cxliiij. Tamẽ non inuenietis ꝙ añ aduẽ
tum xp̄i deus dederit eſcam ſeu ꝓuiſionẽ ſpũa
lem. Corpa em̃ erant robuſta ꝛ aĩe erãt debi-
les intantũ ꝙ omẽs cadebãt in infernũ q̄tũcũ-
q̄ eſſent ſancte. non poterãt ſe tenere quin cade
rent illuc. Deꝰ dauid. Quis eſt hõ q̄ viuet ꝛ ñ
videbit mortem. ſ. corpalem. ꝛ eruet aiam ſuaꝫ
de manu inferi q. d. nullus. pſ̃. lxxxviij. Ex au-
tem iſte defectus ꝓcederet ꝓpter defectuꝫ cibi
ſpũalis. ptꝫ dauid dicente. Eſurientes. ſ. cibuꝫ
ſpũalem ꝛ ſitientes anima eorũ in ipis defecit.
cvj. Sed venit xp̄us filius dei q̄ ordinauit cibũ
ſpũalem ꝓ aimabus. ſ. hoc ſanctũ ſacramentuꝫ
euchariſtie. Non credatis ꝙ iſta eſca ſit corpal'
nec vadit in ſtomachũ ꝓ digeſtione. vt dicunt
ſtulti iudei ꝙ hmõi cibus emittat' p ſeceſſum. ſꝫ
eſt cibus ſpũalis q̄ in ſtomacho aĩe in corpo-
re humano poſita. ſ. memoria recipit digeſtio-
nem igne deuotõis ꝛ dat vitã aĩe intantũ ꝙ qñ
aĩa exit a corpe niſi peccata impediant ſecuꝫ
animã ducit ad celũ. Ideo dicit ſanctus Tho.
in. iij. pte. ꝙ puer vnius diei etiam baptiſat⁹ nõ
poteſt habere padiſum niſi cõmunicet. De hoc
vide ſanctũ Tho. iij. pte. q. lxxiij. arti. iij. quo q̄
rit vtrũ ſacramentũ euchariſtie ſit de neceſſita-
te ſalutis? O diceretis vos. ꝛ quõ poſſet cõmu-
nicare? Nõ audite pulchram ſpeculatiõeꝫ qñ
vos comeditis ſolum vnũ membrũ. ſ. os come
dit. ꝛ tamen ex illo cibo omia membra refocillã
tur ꝛ fortificãt'. manus ad opandum. pedes ad
ambulandũ. oculi ad videndum. aures ad au-
diendum. ꝛ ſic de alijs ptibus tam interioribus
q̄ exterioribus. Ita tota vniuerſal' eccl'a ẽ vnũ
caput. cuius caput eſt xp̄us. oculi doctores. au
res iudices ꝛ confeſſores. os ſacerdotes. man⁹
milites q̄ habent defendere. venter ciues ꝛ mer
catores. tibie mechanici. pedes q̄ terrã tangũt
ſunt agricultores. Sicut em̃ in vno corpe mul-
ta membra habemus. omia aũt membra nõ eũ-
dem actum habẽt. ita m̃lti vnum corpus ſum⁹
in xp̄o. Ad Roma. xij. Et ſicut os comedit pro
omibus mẽbris. ita ſacerdos ꝓ omibus chriſti
anis ſpũaliter. ſed oportet ad minus ꝙ q̄libꝫ in
anno cõmunicet ſacramentalit'. de adultis decẽ
vel. xij. annoꝝ ꝛ ſupra. Et qñ pueri baptizãt'
efficiunt' membra corporis eccl'e. iõ ꝓ cõmuni-
catis habent'. Moraliter cogitate ꝙ peccatũ
eſt nolle cõmunicare. ſi pueri innocẽtes nõ poſ-
ſunt ſaluari ſine cõmunione. q̄d erit de magnis
Ideo multi damnant'. q2 nõ cõmunicant in pa
ſcate. Qui in hoc mũdo nõ vult xp̄m recipe cõ-
municãdo. nunq̄ a xp̄o recipiet' in celo. Auto-
ritas. Amen. i. ſecure. amẽ. i. vere dico vob. ni
ſi manducaueritis carnem filij hois ꝛ biberitis
eius ſanguinem nõ habebitis vitã in vob. Io-
han. vj. Non habebitis vitã. ſ. grẽ in hoc mõdo
nec gl'e in alio. Dico ſecũdo ꝙ hoc ſacramẽtuꝫ

ſanctum eſt medicina vniuerſal. nõ ſoluꝫ cibus
eſt. ſed medicina. Pro cuius declaratõe ſciẽdũ
ꝙ omẽs infirmitates corpis ⁊ anime ex cibo ve
niunt. ſ. ade ⁊ eue. Infirmitates corpis ſic ſunt
febres dolores ⁊c̃. Infirmitateſ aĩe ſicut ſunt
ꝓnitas ad malum ⁊ difficultas ad bonuꝫ. male
cogitatõnes. mala deſideria ⁊ peccata. oĩa iſta
venerunt ex comeſtione cibi vetiti. qꝛ al's nullꝰ
fuiſſet infirmus nec in corpe nec in aĩa. Iſte
cibus fuit porta omniũ malorũ. Iõ dicit. Ma-
la mali malo. mala contulit oĩa malo. Mala. i.
eua. mali. i. ade. malo. i. pomo. contulit oĩa ma-
la malo. i. mundo. O dixit xpus. Si tantum ſci
uit facere diabolus ꝙ de fructu duxit oĩe ma-
lum. ego oſtendam ſapiam meã. ⁊ ordinauit ꝙ
de fructu faceret medicinã. vnde veniret omne
bonum. ⁊ fecit ſe fructum in arbore vite. ſ. vir-
ginis marie. cum dicit. Bñdictus fructus ven
tris tui. Ideo de hoc cantat eccl'a. Hoc opꝰ no-
ſtre ſalutis ordo ⁊c̃. Conſtruit ſic. Ordo ſalut
noſtre poſcebat hoc opus. vt ars. i. ſapia chri-
ſti. artem. ſ. diaboli multiformis ꝓditoris falle-
ret. et medelã. Ecce medicina. ferret inde. ſ. ex
fructu. vnde hoſtis leſerat. Ideo iſta bñdicta
medicina dat ſanitatem aĩabus illorũ q̃ deuo
te cõmunicãt. Primo dat ſanitatẽ in intellectu
contra errores ⁊ falſas opiniones fidei. In vo-
luntate ꝯ mala deſideria. In memoria ꝯ obliui
ones bñficiorũ dei vel ꝯ deſiderium vindicte.
dat etiam ſanitatẽ ori ad vitandum mendacia.
falſa iuramẽta ⁊c̃. Manibus ad vitanduꝫ fur-
ta. vſuras. tactus ⁊c̃. gutturi cõtra exceſſum ci-
bi ⁊ potus. ⁊ generaliter omibus mẽbris. Iteꝫ
curat infirmitates corporis. nam ſi infirmꝰ com
municat deuote ⁊ ſanitas corpis non ſit nociua
anime. hoc ſacramentũ dabit ſibi ſanitateꝫ. al's
non debet appetere ſanitatẽ. Altiſſimus creauit
de terra medicinã. ⁊ vir prudens non abhorre-
bit eam. Nõne a ligno indulcata eſt aqua ama-
ra. ad agnitõem hoim ꝟtus illorũ Et dedit ⁊c̃.
Ecci. xxxviij ¶ Nota altiſſimus de terra. ſ. cor-
poris ſui quod eſt formatum in vtero ꝟginali.
de terra ab adam deſcendenti. ⁊ vir ſapiẽs non
abhorrebit eam. Alique medicine dãt faſtidiũ
⁊ abominatõnem vt pillule. Sed prudẽs medi
us coo perit ne videat color nec ſentiat ſapor.
⁊ ſic infirmus recipit Ita fecit xpus. comedere
eñ carnes homis valde abominabile eſt Ideo
cooperuit in hoſtia ne videat. Ideo dicit altiſ-
ſimus ⁊c̃. De hoc vide ſanctum Tho. iij. parte
q. lxxv. arti. v. vbi dicit ꝙ ſenſu apparet fctã cõ
ſecratõne omnia accidẽtia panis ⁊ vini remane
re quod q̃dem rationabilit fit. Et dat ibi tres
ratiões quarũ prima iam dicta eſt. Quia nõ eſt
conſuetum homibus. ſed horribile eſt carnem
homis comedere ⁊ ſanguinem bibere. ꝓponũ-
tur nobis caro ⁊ ſanguis ſub ſpeciebus illoruꝫ.
que frequentius in vſum homis veniũt. ſ. pais
⁊ vini. Alias duas ratõnes ad idem ſctũs tho-
mas. vbi ſupra ponit quas videre poteris. Mo
raliter iam ſcitis ꝙ qui debet recipe purgatõeꝫ
p̃us facit dietam ⁊ ꝑparatorium cũ ſyropo. ita
qui debet cõmunicare p̃mo confiteat. ⁊ ſeruet
dietam ſibi datam a medico anime. deinde reci
piat ſyropum dulceꝫ. que ſunt deuote oratiões
Dulce eſſet militi ꝙ quãdocũq; vellet loq̃ poſ-
ſet regi vel pape. De ſyropo autem recipiũtur
tria coclearia cum aqua calida mane ⁊ ſero Ita
debet eſſe certus numerus de Pater noſter et
Aue maria. Aqua calida ſunt lachryme. ſi deꝰ
dat lachrymas. ⁊ poſt recipitur purgatio. id eſt
corpus chriſti. Quid hoc efficacius ſacramẽto
quo purgantur peccata. augentur virtutes. et
mens omniũ ſpũalium abundantia impingua-
tur. ¶ Dico tertio ꝙ eſt ſacrificium indulgẽtia-
le non ſolum ſacerdoti celebranti ſed etiam om
nibus miſſam deuote audientibus. Hoc decla-
ratur ſic. Inuenio ꝙ xpus in vita ſua dixit du-
as miſſas. vnam ſecrete ⁊ aliam ſolennit in pon
tificalibus cum miniſtris. Secrete celebrauit fe
ria quinta in cena domi p̃ſentibus apoſtol. tũc
eñ ordinauit ſacrificiũ hoc ⁊ communicauit ſe.
De quo vide ſanctũ Thomã. iij. parte. q. lxxxj
arti. j. ⁊ etiam cõmunicauit apoſtolos dicens.
Accipite ⁊ comedite hoc eſt corpus meũ quod
ꝓ vobis. ſ. celebrantibus ⁊ ꝓ multis. ſ. miſſam
audientibus tradet in remiſſionem peccatorũ.
Matthei. xvj. patꝫ quomõ in miſſa ſecreta da-
tur remiſſio peccatorum. ¶ Secundã miſſaꝫ ce
lebrauit ſolennit in pontificalibus in die vene-
ris ſancta. altare fuit crux. mitra fuit corona ſpi
narum. annuli in manibus fuerunt claui. San-
dalia in pedibus claui. Caſula rubea de ſangui
ne ſuo. Baculus lancea Latro diaconus a dex
tris. Subdiaconus latro a ſiniſtris. Accoliti ꝟ
go Maria ⁊ Johannes euangeliſta. Ideo qñ
prelatus dicit miſſam ſolenniter totidem cõmu
nicat ⁊ ſanctificat ſeipm. Ecce q̃liter dixit miſ-
ſam ſolennem. quia miſſam dicere nihil aliđ eſt
q̃ꝫ corpus chriſti ſacrificare. Et in miſſa ſolenni
dantur indulgentie ⁊ remittunt peccata deuo-
te audientibus. quia dicit Lucas. Omnis tur-
ba eorũ qui ſimul aderant ad ſpectaculuꝫ iſtud
⁊ videbant que fiebant ꝑcutientes pectora ſua
reuertebantur. Luce. xxiij. Ideo dicit ꝓpheta
Dauid in pſalmo. Deus deorũ dominꝰ locutꝰ
eſt. Audi popule meus ⁊ loquar. iſrael ⁊ teſtifi
cabor tibi deus deus tuus. ſed per incarnatiõꝫ
eſt noſter. ego ſum. Nõ in ſacrificijs tuis arguã
te. ſ. de peccatis. Ratõ holocauſta aũt tua in cõ
ſpectu meo ſũt ſp. pſ. xlj. Moralr q̃ ẽ miſſa au
diẽda deuote i q̃libꝫ die feſtiuo ⁊ dñico q̃ deuo-
te audit ſuatis quatuor ꝯditõibus. Pria q̃đ
miſſa audiatur ieiuno ſtomacho. Ratio qꝛ qui

habet loq̃ regi ꝛc. Scḋa ꝙ ſitis in cõfeſſione q̃ ꝓ vobis ſit. Ideo pulſant̃ campane. Tertia ꝙ audiatis miſſam cum ſilentio. Quarta ꝙ audiatur miſſa cõpleta ¶ Dico quarto. qḋ eſt ſacramentum p̃ncipale. ſeptem ſunt ſacramẽta eccl'e Primũ eſt baptiſmus. Secundũ eſt confeſſio. Tertiũ penitẽtia. Quartũ eucbariſtia Quintũ ordines. Sextum matrimoniũ. Septimum extrema vnctio. ꝛ non ſunt plura. de omibus aũt ſacramentũ eucbariſtie eſt p̃ncipale triplici rõe ¶ Prima qꝛ alia ſacramenta ꝯtinent xp̃m ſoluꝫ figuraliter. ꝛ in alijs ſacramentis continet̃ quedam ꝟtus inſtrumental' participata a chriſto. ſ3 iſtud ꝯtinet xp̃m realit̃. vt erat in vtero ꝟginiſ ꝛ vt ẽ in celo. ita real'r eſt i hoſtia ꝯſecr̃a. tm̃ i te eſt de⁹. ſ. realit̃. in alijs aũt figuraliter. Uere tu es deus abſconditus deus iſrl' ſaluator. Eſa. xlv. De hoc vide ſanctum Tho. in. iij. p̃te. q. lxv arti. iij. quo querit. vtrum ſacramentũ eucbariſtie ſit potiſſimum inter alia ſacra꞉ vbi reſpondet ꝙ ſimplicit̃ loquendo ſacramentũ eucbariſtie ſit potiſſimũ inter alia ſacramenta. Primaꝫ ratõꝫ iam tactam ibi ponit ꝛc̃. Scḋa qꝛ alia ſacmenta exhibent̃ exterius ꝑ auditum ꝛ tactum. ſed h̓ interius recipit̃ ꝑ guſtũ. Amen amẽ dico vobis niſi manducaueritis. Joh. vj. ¶ Tertia ꝙ h̓ ſacramentũ dat ꝟtutem alijs. hoc declaratur in celo in quo ſunt ſeptem planete. P̃ria luna. Scḋo mercurius. Tertio venus. Quarto ſol. Quinto mars. Sexto iupiter. Septimo ſaturnus. Et ſicut ſol conſiſtit in medio. qꝛ in q̃rto loco. ꝛ dat ꝟtutem ꝛ claritatem alijs planet̄ Ita ſacramentũ eucbariſtie in quarto loco cõputat̃. a quo alia ſacramenta recipiũt claritatẽ ꝛ ꝟtutem. ꝛ ip̄e nibil recipit ab alijs. Ideo Dauid. Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo. pſ̄. lxxxviij. Moral'r inſtruimur hic ꝙ ſic̃ xp̄s cõmunicat ꝟtutem alijs ſacramentis. ita et nos de bonis noſtris debemus libere cõmunicare indigentib⁹ ꝑ elemoſinas vel mutuando ſine vſura. tales nunꝙ̃ veniũt ad paup̃tateꝫ. Dauid iunior fui etem̃ ſenui. ꝛ non vidi iuſtũ derelictum nec ſemen eius q̃rens panem. pſ̄. xxxvj. ꝓpter h̓ dicebat xp̄us. Eſtote miſericordes ſicut pat̃ veſter miſericors eſt. Lu. vj. ¶ Dico q̇nto ꝙ eſt ſocietas celeſtialis. Tres magnas difficultates habet anima aſcendendi ꝛ intrandi in celũ Prima eſt hic. Secunda in aere. Tertia in ianua celi. Sed contra iſta eucbariſtia eſt tuta ac virtuoſa ſocietas animarũ ¶ Prima ergo difficultas eſt hic in exitu anime a corꝑe. vbi veniũt demones animam ſpectantes. quantũcũq3 ꝑſona fuerit ſancta virgo maria ꝓ ſingulari gloria obtinuit ne ad eam venirent demones. ꝛ multi 'credunt aſcendere q̄ capiunt̃ a demonibus. ꝓpter hoc dat̃ cõmunio infirmis. et dicit̃ viaticum. ꝛ tunc demones ſentientes xp̄i p̄ſentiam fugiũt.

¶ Secunda difficultas ſiue ꝑiculum eſt in aere vbi remanſit magna multitudo demonuꝫ. ſunt ibi vt athomi in radio ſolis. qui cuſtodiũt paſſum. ꝛ multi euadunt p̄mum ꝑiculũ qui capiũtur in ſecũdo. vt fuit reuelatum beato Anthonio. Sed quãdo ꝑſona cõmunicauit demones fugiunt ex xp̄i p̄ſentia ꝛ tranſit. ¶ Tertia difficultas eſt apud ſanctos ianitores celi. qꝛ niſi cõmunicauerit in paſcate ꝛ etiam in infirmitate ſi habuit oportunitatem. quia al's excuſat̃. clauditur ſibi ianua. Cui dicit xp̄us. quia non recepiſti me. nec ego recipiam te Amen dico tibi nõ intrabis ibi. Si autẽ cõmunicauit recipitur cuꝫ magno honore. De hoc autoritas ꝛ ꝓphetia. dauid. Exurgat deus vt diſſipent̃ inimici eius ꝛ fugiant q̄ oderũt eum a facie eius. quantũ ad p̄muꝫ. Sicut deficit fumus deficiant. ſicut fluit cera a facie ignis. ſic ꝑeãt peccatores a facie ei⁹ quo ad ſecundũ. Et iuſti epulent̃ et exultent in conſpectu dei ꝛ delectent̃ in leticia. Pſ̄. lxvij. quo ad tertiũ. Ergo accipite ꝛ mãducate h̓ ꝛc̃.

¶ Domica ſecunda poſt feſtum Trinitatis. Sermo p̄mus.

Domine factũ eſt vt imperaſti. Luce. xiiij. Sermo erit de ſancto euãgelio huius dominice. ꝛ habebimus multas bonas ſpeculatõnes. In p̄ſenti ſ̄mone cogitaui tenere modum edificatoris ſiue magiſtroꝝ domus. Qui primo ponunt firmamentum firmũ ꝛ forte. deinde ſuꝑedificãt edificium ſiue cameras ad quieſcẽdum. Ita intendo facere fundamentũ firmum ꝛ forte. ꝛ qḋ ponam erit ſanctum euangeliuꝫ firmius celo ꝛ terra. de quo chriſtus. Celum ꝛ terra tranſibũt verba autẽ mea non tranſibũt. Luce. xxj. Quo poſito edificabo cameras. ſ. aliquas conſolationes. Dicat̃ hiſtoria euãgelij. De iſto fundamẽto apoſtolus dicit. Fundamentũ aliud nẽo poteſt ponere preter id quod poſitum eſt chriſtus ieſus. glo. id eſt fides ieſu xp̄i. j. ad Chorin. iij. Suꝑ hoc fundamẽto volo nunc edificare quatuor cameras que ſunt.

¶ Largitas glorioſa.
¶ Charitas gratioſa.
¶ Equitas rigoroſa.
¶ Pietas copioſa.

Quibus edificatis potero dicere. Domie factũ eſt vt imperaſti. ¶ Prima camera eſt largitas glorioſa Iſta edificat̃ in iſto angulo fundamenti cum dicit̃. Homo quidam fecit cenã magnaꝫ ꝛ vocauit multos. Iſta camera habet quatuor angulos ſ̄m ꝙ quatuor ſunt videnda. Primo quis eſt iſte homo. Scḋo que eſt iſta cena. Tertio quare dicit̃ magna. Quarto q̄ ſũt vocati ad iſtam cenã. Quantum ad p̄mũ iſte due dictões hõ q̄dam ſignant duas xp̄i ſ̄bas. q̄dã q̄ ẽ dictio

infinita illũitata ſignat xp̄i diuinitatē indeťmi-
natam ſine p̄ncipio ⁊ ſine fine infinitā. De q̄ vi-
de ſãctū Tho. j. pte. q. vij. ar. j. ¶ Hō q̄ eſt dictio
finita ⁊ determinata ſignat xp̄i hūanitatem fini
tam ⁊ determinatā. Cū ḡ dr̄. hō q̄dam. i. homo
deꝰ. de iſto homīe. Jere. xvij. ſm interp̄tatiōe3
lxx. hō eſt ⁊ q̄s cognoſcet: biblia nr̄a h3. prauu3
eſt cor homis ⁊ inſcrutabile q̄s cognoſcet illud
De ſcd̄o iſta cena quā hō xp̄s parauit eſt glo-
ria celeſtis. ſm ꝙ ſancti doctores exponūt. S3
eſt h̄ queſtio q̄re dr̄ cena ⁊ non prandiū: Reſpō
deo ꝙ dať in fine diei huiꝰ vite. Cū dederit dile
ctis ſuis ſompnū ecce hereditas dn̄i. inq̄t Pſ.
cxxvj. ¶ De tertio dr̄ magna. q2 xp̄s ſuis ſuito-
ribus dat prandiū debile. ſed dat bonam cena3
Oppoſitū facit diabolus q̄ illis q̄ ſibi ſuiunt in
peccatis dat bonū prandiū in h̄ mūdo quantu3
deꝰ p̄mittit. ſ. diuitias ⁊ honores. dignitates ⁊
officia ⁊ delicias. ſed poſt dat eis malam cenam
i inferno. vt pt3 de diuite epulone q̄ q̄tidie epu-
labať ſplendide. ſed in inferno habuit ⁊ h3 ma-
lam cenā. q2 guttam aque quā petebat nō obti-
nuit nec obtinebit vnq̄. ſed xp̄s in h̄ mūdo dat
ſuis ſuitoribus debile prandiū vult ꝙ abſtine-
ant a nimio cibo. potu. dormitōe. riſu. ⁊ a mľtis
delectatōibus honoribus. diuitijs. ⁊ ꝙ viuant
in penitentia dicens. Penitentiā agite. Sed in
alio mundo dat eis optimam cenā. vt pt3 de la-
ſaro mendico q̄ habuit malū prandiū hic. ſ3 de
alio mūdo dicit euangeliū. Factum eſt vt more
retur mēdicus. ⁊ portareť ab angeľ in ſinū abra
he. Lu. xvj. vbi comedit ſemp in menſa dei de
eiſdem eſcis. Beatus q̄ manducat panē in reg̃
dei. Lu. xiiij. ¶ De quarto q̄ ſunt vocati ad iſtā
cenam. q2 dicit ꝙ vocauit mľtos. ſed non nomi
nat eos. Dico ꝙ omēs natiōes mūdi vocate ſūt
Primo iudei p xp̄m q̄ pſonaľr deſcendit indu/
tus carne humana. ⁊ ibat de loco in locum inui
tãdo iudeos Si dictū fuiſſet ſibi. dn̄e quare ve-
niſti: reſpōdiſſet ad inuitandū iudeos ⁊c̄ ⁊ mi-
ſeri iudei noluerūt venire. Deinde p ap̄los in/
uitauit omēs natōes. Dauid. In oēm terrā ex-
iuit ſonus eorū ⁊c̄. Etiam hodie inuitanť ab illľ
q̄ p̄dicant. q2 nūcij dei ſunt ad inuitandū gētes
⁊ hoies. Ecce quare dicit. ⁊ vocauit mľtos tam
p ſe q̄ p alios. Jō dicebat xp̄us qn̄ inuitabat.
Venite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati eſtis. ⁊
ego reficiam vos. Mat. xj. Moraľr xp̄us oēs
gentes inuitat di. venite oēs ⁊c̄. Nō cogitate ſi
in capite huius eccľe eſſ3 vnus magnus dn̄s cū
menſa parata ⁊ de oibus cibis ornata ⁊ inuita-
ret vos dicens. venite ad me oēs ⁊ ego reficia3
vos. ad aliam p̄tem eſſet alius hō cū enſe euagi
nato dicens. venite ad me oēs ⁊ ego interſicia3
vos. Et ad aliā p̄te3 vnus cū tacea veneno ple
no dicens. venite ⁊ ego inficiam vos. ad que3
iretis. nūq̄d ad p̄mū: q2 ſtultus eſſet q̄ ad alios
iret. Iſti q̄tuor nos inuitāt. q̄ tenet mēſa3 para-
tam eſt xp̄s dicens. Venite ad me ⁊ ego reficiā
vos. Alius econtra cū enſe peccati eſt diabolus
dicens. Venite ad me. ⁊ ego occidam vos. De
iſto gladio Ecci. xxj. Quaſi rompheã bis acu
ta oīs iniq̄tas. Tertius eſt caro cum potiōibus
mortiferis ⁊ venenatis di. Venite ad me ⁊ ego
inficiam vos. inuitat eum ad luxuriā que vide-
tur dulcis. ſed intra eſt venenū peccati. ¶ Quar
tus eſt mūdus di. venite ⁊ ego decipiam vos.
recte vt piſcator. cū eſca auaricie coopit hamū
vſure. ⁊ ſunt multi ſtulti q̄ dimiſſo xp̄o vadunt
ad diabolū. Alij ad carnē. vt luxurioſi. Alij ad
mundū vt auari. ⁊ pauci ſunt q̄ vadūt ad xp̄m.
Jō alijs dimiſſis vadamus ad xp̄m dulciť nos
inuitantē. Duplici em̄ paſſu veniemꝰ ad eu3. ſ.
credendo ⁊ obediendo. Ecce p̄ma camera edifi
cata de largitate gľoſa quieſcatis hic. ¶ Secūda
camera eſt de charitate gratioſa. ⁊ edificatur ſu
per hoc fundamento miſit ſuum ſuum hora ce
ne dicere inuitatis vt venirent. quia iam para-
ta ſunt omnia. Quatuor angulos habet hec ca
mera ſm quod quatuor ſunt videnda. Primo
quis eſt iſte ſuus. Secundo que eſt hora cene.
Tertio quomō parata ſunt omnia. Quarto q̄-
modo nos debemus p̄parare ad eundum. De
p̄mo ſuus qui mittiť eſt magiſter Vincentius.
Dicať de reuelatōe facta ſibi a xp̄o ⁊c̄. Vel ſer-
uus eſt q̄libet p̄dicator tenens vitā apoſtolica3
De qua Mat. xix. Ecce nos relinq̄mus omia
⁊ ſecuti ſumus ⁊c. qui iſtam vitā ſeruat ſeruus
eſt chriſti. inuitans gentes ad cenā gľe. Et pōt
dicere in veritate. Miſit me dn̄s ad vos vt loq̄
rer in auribus vr̄is omia ꝟba hec. Jere. xxvj.
Gregꝰ. in omeľ. hodierna exponit dicēs. Nun-
cius iſte ordo p̄dicatorū eſt. ¶ De ſcd̄o hora ce
ne eſt finis huiꝰ mūdi de ꝓpinq̄. lic3 em̄ neſcian
tur dies hebdomada mēſis vľ annꝰ determiate
tn̄ poſſumus dicere. erit cito ⁊ multum breuiť.
Nō ad h̄ ratō3 euidentē de homie ſene centum
annorū vel pluriū q̄ nec habet membru3 qd̄ nō
ſit infirmū nec caput nec manus ⁊c̄. De tali nū
q̄d diceretis ꝙ cito ⁊ breuiť debet mori. imo li-
cet non poſſitis dicere cras vel poſt cras deter-
minate. Ita eſt de mūdo ſene ⁊ decrepito. Ia3
eſt em̄ in vltima etate. ſicut etates hois ſunt ſe/
ptem. ſ. Infantia. puericia. adoleſcentia. iuuen
tus. virilitas. ſenectus. decrepitus. Ita etates
mūdi ſunt ſeptem. ¶ Pria fuit infantia. ab adā
vſq̄ ad noe. tūc em̄ neſciebāt loq̄ de deo. erant
ignorãtes ſine libri ¶ Scd̄a etas fuit puericia. ſ.
a puritate a noe vſq̄ ad abraa3. tunc ei diluuio
purificatꝰ fuit mūs. ¶ Tertia etas fuit adoleſcē
tia ab abraam vſq̄ ad moyſen. q2 tūc mūs ince
pit creſcere in cognitōem dei ex reuelatōibꝰ pa-
triarchaꝝ. ¶ Quarta etas fuit iuuētꝰ a moyſe vſ
q̄ ad dauid. tūc ei data fuit lex ꝓplo ſm quā ice

perunt viuē. ¶ Quita etas fuit a dauid vſq₃ ad
trāſmigratōnem babylonis. ſ. virilitas. Tūc ei
ipi fuerē fortes ꝯ idola ꝛc̄. ¶ Sexta fuit ſenect⁹
a tranſmigratōe babylonis vſq₃ ad xp̄m. q₂ ia₃
tunc nō habebāt poteſtatem regiā. ¶ Septia eſt
decrepitus a xp̄o vſq₃ ad finem mūdi. intantu₃
ꝙ iam tota deflectiᷓ ad terram. h durauit ia₃ ꝑ
M. cccc. xx viij. annos ꝛ vltra. Itē eſt infirm⁹
in oībus membris ſuis. Mēbra ſunt ſtat⁹ mōi
Caput ꝛ p̄ncipale membrū eſt ſtatus p̄latoꝝ
pape. cardinaliū. patriarcharū archiep̄orū ꝛc̄.
totum eſt infirmū. q₂ iam vix inuenietis vnum
bonū p̄latum. vl' ſunt ſymoniaci. vl' nō intrant
ꝑ portam. vel qn̄ ſunt intus plus curāt de red/
ditibus q̄₃ de animab⁹. Secundū membru₃ eſt
dominiū temꝑale. ſ. imꝑatoꝝ. regū. ducū. etiā
totum eſt infirmū. Item aliud membrū eſt ſta/
tus religioſorū etiam infirmū eſt intantum ꝙ ſi
hodie veniret brūs Domicus vel Franciſcus.
Bernardus Bn̄dictus nō inuenirēt religioneſ
ſuas. vbi eſt mō religioſus q̄ viuit ſꝫm regula₃
quā vouit. Aliud membrū eſt ſtatus clericorū.
vbi inuenies clericū q̄ deuote officiū ſuum ſur/
gendo ad matutinas ꝑſoluat. ꝛ dicat miſſa₃ ex
deuotōe ꝛc̄. Aliud eſt ſtatus matrimonij. etia₃
infirmū eſt. Si ego dicerem ſurgat ſi eſt aliq̄s q̄
non cognouerit vnq̄₃ niſi vxorem ſuam. fortaſ=
ſis pauci ſurgerent. de mulieribus credo ꝙ ſūt
multe q̄ non ſunt cognite niſi a ſuis viris. ſ auſ=
ſetis ne ego mentiar ꝛc̄. Aliud eſt continentiu₃
q̄ habent oportunitatē orandi ꝛ pn̄iam faciēdi.
ſed etiā hoc membrū eſt infirmu₃ ꝛc̄. Aliud eſt
ꝟginum credo ꝙ ſanum ſit. ſi tn̄ fuerit bene cu=
ſtoditum. q₂ alie anteq̄₃ venerūt ad mr̄imoniu₃
pepererūt aliquotiēs. ꝛ nōnulle ꝓiecerūt filios
ſuos in latrina vel ad alia loca. Aliud ē diuitu₃
ꝛ h̄ infirmū eſt ꝑ vſurā Aliud eſt laboratoꝝ. ꝛ h̄
infirmū eſt q₂ non ſoluūt decimas nec p̄mitias.
neſciūt Pater nr̄. nec Aue maria. ſed bn̄ ſciunt
ꝯiuratōnes. Ergo iſte mōs ſenex ꝛ putridus ē
ꝛ in omibus mēbris ſuis infirm⁹. Cito ꝛ bn̄ cito
finieᷓ. Ideo apl's. Nos ſumus in q̄s fines ſecu=
lorū deuenerūt. j. ad Chor̄. x. Ite₃ Filioli mei
nouiſſima hora eſt. j. Chor̄. iij. ¶ De tertio Iā
parata ſunt omnia neceſſaria ad redēptōnem ꝛ
ꝛ glorificatōe₃ in ordinibus angelorū. Et quis
parauit ieſus xp̄us q̄ dixit. Vado pare vob̄ lo
cum. ꝛ ſi abiero ꝛ p̄parauero vobis locū iteru₃
venio. ſ. ad iudiciū. ꝛ accipiam vos ad meip̄m.
vt vbi ego ſum ꝛ vos ſitis. Joh̄. xiiij. De q̄rto
reſtat ḡ vt parem⁹ nos. Quia ſi rex eſſet h̄ ꝛ in=
uitaſſet nos ad nuptias ſui p̄mogeniti. q̄lib₃ hō
pararet ſe. Ita oēs ſumus inuitati ad nuptias
xp̄i. Iō dimiſſis veſtib⁹ peccatoru₃ induamur
veſtib⁹ ꝟtutū. dimittaᷓ veſtis vana de ſuꝑbia
ꝛ induite veſtem hūilitatis. Et tu auare depo=
ne veſtē auaricie turpē ꝛ recipe veſtē miſcḋie ꝛ

liberalitatis. luxurioſus depoſita veſte lutoſa
luxurie. recipiat veſtē albā caſtitatis. Inuidus
depoſita veſte nig̃ de dolore. q₂ inuidia non eſt
niſi triſticia ꝛ dolor de bono ꝓximi. recipiat ve
ſtem amicicie ꝛ charitatis. q₂ veſtis de dolo nō
eſt bōa in nuptijs. Guloſus dimittat veſtē cra/
puloſam ꝛ humidā. ꝛ recipiat veſtē abſtinentie
ſeu tꝑantie. Iracūdus dimittat veſtē laceratā.
ꝛ recipiat veſtē pacis ꝛ bōe volūtatis. Accidio
ſus dimittat veſtē accidie ꝛ negligētie. ꝛ recipi
at veſtē diligētie. Ex q̄ xp̄s ꝑauit nob̄ oīa pare=
mus nos. Nā dicit dn̄s media nocte venit ſpō=
ſus. ꝛ q̄ pate erāt intrauerūt cu₃ eo ad nuptias.
Mat. xxv. ¶ Tertia camera eſt de eq̄tate rigo=
roſa q̄ tangiᷓ ibi. Et ceperūt ſe ſil' excuſare. vſq₃
iratus pr̄familias dixit. Nemo viroꝝ illoru₃ q̄
vocati ſunt guſtabit cenā meā Iſte tres excuſa
tiōes ſignāt tria pc̄tā mortalia. ſ. ſuꝑbiā. auari=
tiam ꝛ luxuriā. q̄ impediūt guſtū cene celeſt̄ gl̄e
¶ Prim⁹ excuſauit ſe dicēs. villā emi. ꝛ neceſſe
habeo exire ꝛ videre illam. rogo te habe me ex=
cuſatū. Ecce emptio ville ſignat peccatum ſuꝑ
bie. q₂ vult eſſe dn̄s ꝛ hr̄e regimē ꝑl'i q̄litercun
q̄₃ noieᷓ ſuꝑbia eſt. Quia ab initio de⁹ fecit ho=
minē beſtiarū dn̄m di. Creſcite ꝛ ml'tiplicami ꝛ
replete terrā. ꝛ ſubijcite eam. ꝛ dn̄ami piſcibus
maris ꝛ volatilibus celi ꝛ vniūſis animātibus
q̄ mouenᷓ ſuꝑ terram. Gen̄. j. Sed non dedit ſi
bi dominiū hoim. q₂ ꝑ naturam oēs ſumus eq̄=
les. Ideo velle homibus dn̄ari ſuꝑbia eſt q̄ im
pedit ne ſuꝑbus veniat ad cenam ꝑadiſi. ¶ Nō
ſimilitudinem quā ponit Sen. de muribus. q̄a
ſi vna ſe vellet eleuare ꝛ alijs dominari. vellet
ab alijs ſibi pedes oſculari de his homo ride₃
ꝛ truffaret. Ita eſt de ill' q̄ ſe ingerūt ad dn̄ium
vel ad curam ꝛ regimē cōitatis vel ad p̄latōne₃
ſuꝑbia eſt ꝛ damnatio. Multi ſunt q̄ neſciunt
regere ſeip̄os nec domū ſuam. ꝛ volūt regē cō=
munitatē. ac ſi ille q̄ neſcit regere barcham vel=
let regere nauem. q̄le ꝑiculum eſſet. Iō diᷓ ſcri=
ptura. Interdum dn̄atur hō homi in malū ſuū
Ecci. viij. Ideo ille excuſando ſe dixit. Villam
emi ꝛc̄. O attēdite q̄₃ ſtult⁹ fuit ille negociator.
q₂ nondum viderat villā ꝛ iam ſoluit precium
Ex iſta ambitōe dn̄andi multi damnanᷓ. quia
deberent fugere. ꝛ ip̄i ſe ingerūt ꝛc̄. Secūdus
excuſando ſe dixit. Juga boum emi q̄nq₃. et eo
ꝓbare illa. rogo te habe me excuſatū. Ita erat
ſtult⁹ vt p̄mus emēdo qđ nō vidit. Emptō boū
ſignat peccatū auaricie. Ratio q₂ ſicᷓ bos aran=
do mouet terram. ſic ꝛ auari tractant terrena.
Ideo auari ſemꝑ loquunᷓ de terrenis. de nūdi
nis nō ſolū infra hebdomadā ſed etiā in diebuſ
feſtiuis qn̄ diciᷓ miſſa. Nota exemplū de diui=
te auaro q̄ moriendo ſꝑ dicebat tres ſolidos et
dimidium ꝛc̄. De iſtis dicit Dauid in perſona
xp̄i. Proijcientes me nunc circūdederūt me. ſ.

in iudicio oculos ſuos ſtatuerūt declīare in ter-
ram. pſal. xvj. Quinqꝫ paria boum ſignāt qui-
qꝫ ſenſus corꝑales que paria ſunt. duo oculi.
due aures. Et auari iſta quinqꝫ ponunt ſolū ad
terrena. excuſant ſe a cōuiuio. ⁊ ex hoc impedi
untur. Propter quod dicebat xp̄us. Uidete ⁊
cauete ab omni auaricia. q2 non ex a bundātia
cuiuſqꝫ vita eius eſt ex his que poſſidet. Luce
xij. Nota cauete ab omi auaricia. ergo a rapi
na. hic contra domios ab vſura collata. contra
diuites a furtis ſecretis etiam fructuū a fraudi-
bus emendo ⁊ vendēdo. hoc tāgit mercatores.
A retentiōe decime ſalariorū ⁊ bonorū vł lega
torum. defūctorū. Ecce quare dicit. Cauete ab
omi auaricia. Tertius excuſando ſe dic̄. vxo-
rem duxi. ideo nō poſſuꝫ venire. Duo p̄mi dixe
runt excuſando ſe. rogo te habe me excuſatum
ſed ille allegat impoſſibilitatē dicens. vxorem
duxi ⁊c̄. ducere vxorem nō eſt peccatum ſi intē
tio ſit recta. Sed hodie tota intentio frequenť
vel p̄ncipalis intentio eſt ad luxuriā. Sic equ9
⁊ mulus quibus nō eſt intellectus. Item q2 mō
vxores impediūt viros ne poſſint ire ad conui-
uiuꝫ ꝑadiſi. Ab initio deus formauit adam ſo/
lum ſine muliere. deinde dixit deus. Nō eſt bo
num homiem eſſe ſolū faciamus ei adiutorium
ſimile ſibi. Geneſis. ij. Sed ſi mō haberet crea-
re vxorem diceret deus. bonū eſt eſſe hominez
ſolū. Non faciamus ei deſtructoriū ſimile ſibi.
Antiq̄tus parū expendebāt in nuptijs ⁊ i veſti
mentis ſed cōſeruabāt dotem ⁊c̄. Ideo erat ad
iutorium viro. ſed modo deſtructoriū. q2 ſi ip̄a
portat viro quingentos florenos amici eius di
cunt. vos habetꝭ tot veſtes ⁊c̄. Intantū ꝙ illō
ꝙ vxor portat ⁊ vir habet totum expendiť. Idō
ſi vir eſt aduocatus ꝓcurat ſibi ꝑ falſas aduo-
catōnes notarij vel falſas ꝓcuratōnes vt poſ-
ſint bene viuere. Item mulier tranſacto āno ſta
tim petit tunicas nouas. nec ꝑmittit quieſcere
virum. Et pauꝑ homo dicit intra ſe. q̄d faciam
non poſſum viuere cum iſto diabolo facit ſe fu-
rem ingerit ſe ad officia cōmunitatis vt pertra-
ctet pecunias ciuitatis vel cōmunitatis. Ideo
poteſt dicē. vxorem duxi. ideo nō poſſum veni
re. Nota de illis duob9 iuuenibus q̄ dixerunt
magiſtro Uincentio ꝙ hac de cauſa nolebant
ducere vxores. qui tenebant captiuas ſiue con
cubinas dicendo ꝙ meli9 erat eis eſſe i vno pec-
cato mortali de ſimplici fornicatiōe qꝫ in mł'tis
quia multa peccata cōcurrūt aliquādo in ma-
trimonio Quod patet p̄mo de ſuꝑbia ꝓpter va
na ornamenta vxoris ⁊ etiaꝫ virorum cōſequē-
ter. Iteꝫ de auaricia vt ſufficerēt ad vanitates.
Item de luxuria. quia quādo volūt eis ꝓuide
re de vanitatibus recipiūt amatores alienos. ⁊
nolunt viris ſuis reddere debitum dicēdo. O
vos eſtis nimis luxurioſus. oportet vos ire ad

alias. Item de inuidia dicēdo. nunqꝫ fuiſſꝭ di-
gnus ꝙ ego eſſem vxor veſtra. oſſa patris mei
triſtanť. Item de gula quia mł'te volunt bibe-
re de mane. Iteꝫ de ira quia aliquotiēs viri ve-
niunt triſtes de cōſilio vel negocijs. ⁊ vxores q̄
deberent eos cōſolari faciunt turbatōnem. ⁊c̄.
Idem de accidia. q2 dicunt ego portaui tantū.
Ideo certe non intrabo coquinam habeat an-
cillam vel captiuam. Ex iſta ratiōe quādo xp̄s
fuit interrogatus a iudeis. Si licet homi dimit
tere vxorē ſuam quacunqꝫ ex cauſa. Mat. xix
Reſpondit ꝙ nō niſi ex fornicatiōe. q2 tunc nō
debet eam interficere. ſed ad domum patris re-
mittere. niſi ip̄e etiam fregerit fidem. quia ex h̄
etiam ip̄a poteſt virum dimittere. vel tranſeat
vnum ꝓ alio certe. Dixerunt diſcipuli ſi ita eſt
cauſa homis cum vxore nō expedit nubere. qui
dicit illis. non omnes capiūt verbum iſtud. ſed
q̄bus datum eſt. ibidem. Sunt eunuchi qui ca-
ſtrauerunt ſeip̄os ꝓpter regnuꝫ dei. qui poteſt
caꝑe capiat ⁊c̄. Matth. xix. Ecce qualiter iſta
tria peccata impediūt multos. Idō dicit Ioh.
Omne quod eſt in mūdo aut eſt concupiſcētia
carnis. Ecce peccatū luxurie. aut cōcupiſcētia
oculorū. ecce peccatū auaricie. aut ſuꝑbia vite.
p̄ma Ioh. ij. Quarta camera eſt de pietate co-
pioſa que edificať in h̄ ꝙ diciť. p̄rfamilias dic̄
ſeruo ſuo Exi cito ⁊c̄. vſqꝫ impleať dom9 mea.
Nota quatuor cōditōnes miſerabiliū ꝑſona-
rum nominanť. ſ. pauꝑes. debiles. ceci et clau-
di. Et ſignant quatuor cōditōnes gentiū q̄ leuꝭ
ter conuertunť ⁊ ſaluanť. de quibus dicit the-
ma. Domie factū eſt vt imꝑaſti. Quia de tali-
bus impleť domus ꝑadiſi. Primi ſunt pau-
peres q̄ in hoc mūdo non habēt magnam ſbſtā
tiam. ⁊ cum patiētia trāſeunt ſimpliciter ſperā-
tes ꝙ in alio mūdo erunt diuites. tales quādo
vocanť. ſ. in vna p̄dicatōe ſtatim veniūt parāt
ſe ꝑ contritōnem. cōfeſſionem ⁊ ſatiſfactōem in
iuriarū remiſſionem. Secus de diuitibus q̄ ha
bent hic magnas diuitias. delitias ⁊ honores.
tantū delectanť in prandio huius vite ꝙ obliui
ſcūtur prandiū ꝑadiſi. Recte accidit eis vt fal-
coni qui cum eſurit ſtatim ad p̄mam vocatiōeꝫ
domi venit. Sed ſi habet ſtomachum plenū nō
curat venire. Ita recte eſt de homib9 mūdi pau
peres ſtatim veniūt. Sed diuites dicunt anno
venienti vadam vel in q̄dragesima ſequēti ⁊c̄.
Ideo indignatus dn̄s mittit ſibi lapidem mor-
tis ⁊ ꝓijcitur in ſterqullinio inferni. Ecce qua-
re dicit. voca pauꝑes. Audite fratres mei. nō-
ne deus elegit pauꝑes in hoc mūdo. diuites in
fide ⁊ heredes regni ꝙ deus repromiſit diligen
tib9 ſe. Iaco. ij. Itē voca debiles. q2 tales liben
ter veniūt ad deū. ſani aūt nō curāt de paradiſo
ſ3 de diuitijs. de luxuria ⁊c̄. Sed qn̄ venit infir
mitas vna febris dolor ꝯuertunť ad deū ⁊ con

fitētur ⁊c̄. Idem de mulieribus que ſunt i ꝓſpe
ritate non curant deū. Sed ſi venit vna perla i
oculo vel fractio tibie vel cancer ⁊c̄. tunc nō cu
rant de vanitatibus ſed de eccl'a. De hoc Da=
uid. Multiplicate ſunt infirmitates eorum po
ſteā accelerauerunt. ſ. venire ad deum. pſ̄. xv.
Item voca cecos. ſ. ignorantes ⁊ ſimplices ſine
malicia. quia tales vadūt ad ꝑadiſum. quia ho
die q̄nto ſunt doctiores tanto ſunt magis p̄ſum
ptuoſi. quia ſciētia iflat. ⁊ alios reputāt capras
quādo tales veniūt ad ſermones. dicunt intra
ſe. ⁊ quid dicit iſte frater. ⁊ cum ſpū ꝯtradictio=
nis ponunt obicē ⁊ claudūt ianuā. ne in eos in
tret radius claritatis diuine gratie. Simplices
autē qui nō habent oculos ſciētie acquiſite nec
p̄ſumptionis. ſed deuote accedūt. tales leuiter
veniūt ad ſatiatōnem. Ideo legiť ꝙ chriſtꝰ cu=
rauit vnū cecum a natiuitate qui ſtati fuit con=
uerſus. phariſei autē exprobrabant xp̄m dicen
do. ⁊ vnde eſt hoc ꝙ poſſit cecum curare ⁊c̄. q̄=
bus dixit chriſtus. Ego in iudiciū in hunc mū=
dum veni vt qui nō vident videant. ⁊ q̄ vidēt
ceci fiant. Phariſei autē intelligētes ꝙ hoc di=
ceret de ipſis dixerūt chriſto. Nunq̄d ⁊ nos ce=
ci ſumus? Dixit eis ieſus. Si ceci eſſetis nō ha
beretis peccatum. nūc vō quia dicitis videmꝰ
peccatum veſtrū manet. Joh. ix. ¶ Quarto vo=
cat claudos. Dicať quid eſt claudicare. Recte
incedunt illi qui quando ex aliqua iniuria reci=
piūt tantā indignatōnem ꝙ nolūt contētari niſi
prius vindicauerint ſe. nec al's iniuriā remittūt
imo ſtant erecto collo. Tales non ad paradiſū
aſcendunt. ſed ad infernū deſcendūt. Pať meꝰ
celeſtis tradet vos tortoribus ſi nō dimiſeritis
vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtri'. Mat
thei. xviij. Claudus autē ſi ad modicū ⁊ paruū
tempus ſtet rectus ⁊ indignatus. tamen ſtatim
humiliať ad remittendū ⁊ pacificandū. quādo
diciť ſibi ꝓpter deum remittatis. De iſtis qua=
tuor conditōnibus gentiū impleť domus ꝑadi
ſi. Domine factum eſt vt imperaſti.

De eadem domica Sermo ſecūdus.

Villā emi ⁊ neceſ
ſe habeo exire ⁊ videre illam. Luce.
xiiij. In p̄ſenti ſermone ego intendo
declarare retributōnem quam deus facit i alio
mundo animabus defunctorū de gloria vel de
pena ſm̄ oꝑa que in hoc mūdo fecerūt. Credo
ꝙ erit materia vtilis. Sed p̄us ſalutetur virgo
Maria. Pro declaratōne huius verbi iuxta
intellectum allegoricū ſciendum ꝙ doctrina eſt
in ſancta theologia cōmunis ⁊ vera ꝙ deus in
hoc mūdo non dat retributiōem de bonis que
facimus nec punitōnem de malis. Q autē boni
non remunerenť in hoc mūdo ad oculū patet.
q: multi viuūt ſancte. quot religioſi. quot cleri
ci ⁊ quot laici ſunt qui faciūt multa bona opera
⁊ ſic moriunť ꝙ in hoc mundo nō habuerūt re=
tributōnem. Ratio quare nō retribuunť in hoc
mundo eſt. quia ſuire deo in bonis operibus eſt
ſanctitas. Ideo Leui. xx. Sanctificami ⁊ eſto=
te ſancti quia ego ſanctus ſum dominꝰ deus ve
ſter. Cuſtodite p̄cepta mea ⁊ facite ea. ego dn̄s
qui ſanctifico vos. Bōa autē huius mūdi ſicut
ſunt diuitie. honores. dignitates ſanitas. ꝓſpe
ritas ⁊ hmōi ſūt vanitates. Hoc determiat ſa=
piens Salomon dicēs. Vidi cuncta que fiūt ſb
ſole. ⁊ ecce vniuerſa vanitas ⁊ afflictio ſpiritus
Ecc̄s. j. Cum ergo ſuitium dei ſit ſanctitas. et
bona huius mūdi vanitas ⁊c̄. nō competit nec
ꝑtinet ad deum ꝓ ſanctitate dare vanitatem. ꝓ
auro dare lutum. Iſta eſt ratio quare deus nō
remunerat hic. quia bona huius mūdi nō ſuffi/
ciunt ad remunerandū bonos. Item in hoc mū
do nō puniunť mali. imo videtis magnos pec=
catores. vſurarios. homicidas. luxurioſos qui
non dolent de peccatis. nec confitenť nec cōmu
nicant. nec habent fidē firmā in corde. ⁊ homo
videt ꝙ habēt multa bona diuitias honores. ⁊
ſic moriunť ꝙ nullam habuerūt hic punitōnē.
Ratio eſt quia omne peccatū mortale factū cō=
tra deum eſt infinite grauitatis. Verbi gratia.
Magnum peccatū eſt ꝑcutere pauperem ruſti
cum. ſed maius eſſet ꝑcutere ciuem. maius mili
tem. maius baronē. maius comitem vel ducem
Sed grauius eſſet ꝑcutere regem vel papā. q:
malum ſeu peccatū grauať ſm̄ dignitatem ꝑſo
ne. Cum ergo deus ſit infinite dignitatis ⁊ veri
tatis. quia rex ⁊ papa pater ⁊ creator omnium.
Ideo iniuria que fit cōtra eum eſt infinite gra=
uitatis. Cū ergo in hoc mūdo nulla ſit pena infi
nite duratōnis. Ideo ſpectat poſt hanc vitā in
alio mundo punire malos rigoroſe. De hoc di=
cit ipſemet iudex. Filius homis venturus eſt. ſ.
in iudicio ad dandum retributōnem in gl'a pa=
tris ſui cum angelis ſuis. ⁊ tunc reddet vnicui=
q; ſm̄ opera eius. Matth. xvj. Bonis dabit
gloriam eternā. malis penam ꝑpetuam. Ope=
ra ergo bona vl' mala que facimus in hoc mun
do ſunt quaſi p̄cium q̄bus emiť noſtra ſtatio. ꝓ
pter quod q̄libet poteſt dicere thema. Villam
emi. ſ. meis operibꝰ. ⁊ neceſſe habeo exire. ſ. de
hoc mūdo ꝑ mortem. ⁊ videre poſſeſſiue illam.
patet thema. Tres villas inuenio in alio mun=
do ſcd̄m ſanctam ſcripturā in conditōibꝰ m'tu
diuerſas.

¶ Prima eſt ſuꝑius celeſtialis ⁊ glorioſa.

¶ Scd̄a inferius infernal' ⁊ tenebroſa.

¶ Tertia eſt in medio purgatorial' ⁊ doloroſa.

¶ Qualibꝫ iſtarū emitur operibus diuerſimo=
de. vnde emptor dicere poteſt. Villam emi ⁊c̄.
Quantum ad p̄mam villam que eſt ſuperiꝰ ce=
leſtialis ⁊ glorioſa. Iſta eſt in celo ita excellens

ꝙ ſi ꝑ poſſibile homo poſſet ꝑ feneſtram mitte-
re caput ⁊ reſpicere eius pulchritudinem etiam
corꝑalem tanta eſt eius pulchritudo ꝙ etiam ſi
non videret deũ nec ſanctos nollet comedẽ nec
bibere. De qua dicit apl'us qui eam vidit rapt⁹
Oculus non vidit. nec auris audiuit. nec in cor
homis aſcendit que p̃parauit deus his qui di-
ligũt eum. nobis autẽ reuelauit ꝑ ſpiritū .j. ad
Chor. .ij. ¶ Nota oculus .ſ. philoſophoꝝ nõ vi-
dit. philoſophi aũt omnia volunt videre oculo
intellectus ꝑ demonſtratõꝫ potiſſimaꝫ. Sꝫ iſto
modo nũq̃ꝫ potuerunt videre niſi nouem celos
quos ipi ponũt. quia eorũ ſcientia ꝑ motuꝫ ha-
betur. ſed quia celum decimũ .ſ. empirreum eſt
immobl'e. ideo ad ipm nõ aſcenderũt. Nec aur
ſcꝫ iudeorũ audiuit. qꝛ lex iudeorũ quaꝫ audie-
runt a moyſe ſolum loquiť de iſto mundo ꝓmit
tendo ſolum terrena. Sed xp̃us debuit loq̃ de
alio mundo ⁊ ꝓmiſſiones celeſtes facere. Nec i
cor homis aſcendit .ſ. agareni aſcendit quanta
⁊ qual' ſit gloria beatorũ. Sed bene machome-
tus poſuit in corde agareni gl'am porcorum vl'
aſinorũ .ſ. comedere ⁊ bibere ⁊ luxuriari ¶ Sed
nobiſ chriſtianis reuelauit deus incarnatus de
iſta villa imo potius ciuitate. multa reuelauit
deus dauid. ꝓpter quod dixit. Gloſa dicta ſũt
de te ciuitas dei. pš. lxxxvj. Hec emiť decẽ flo
renis. Ideo ſi vultis eſſe boni mercatores pare
tis vos ad emendũ. ex quo habeť ꝓ tam bono
foro. Decẽ floreni ſunt decem opa penitentia-
lia. qꝛ omẽs ſumus peccatores. Vel ſi vis dice-
re ꝙ decẽ floreni ſunt decem p̃cepta obſuanda
Dicas ſm qualitatẽ audiẽtiuꝫ. iuxta illud. Si
vis ad vitã ingredi ſua mandata Matth. xix.
Primum opus penitẽtie eſt peccatorum cogni
tio. quãdo religioſus vel clericus redit ad ſe et
cogitat vitam malã quam tenuit ⁊ cõterens di-
cit. O miſer tot anni ſunt ꝙ ego porto habitum
⁊ adhuc ⁊c̃. Idem dicendũ de clericis ⁊ laicis.
Talis cognitio eſt quaſi vnus florenus in bur-
ſa conſciẽtie. Ideo dauid poſtq̃ꝫ cognouit pec-
catum ſuũ dixit. Amplius laua me dñe ab iniq̃-
tate mea. pš. l. Secundũ opus penitẽtie eſt cor-
dis contritõ. ſicut puer q̃ cecidit in luto videns
ſe immundũ plorat. Cor contritũ et humiliatuꝫ
deus nõ deſpicias. Tertium opus penitẽtie eſt
ꝓpoſituꝫ emẽdandi .ſ. ꝓponere magl' velle mo-
ri q̃ꝫ redire ad peccata. ⁊ ꝓpoſitum recedendi ⁊
emendandi a mala ſocietate. De iſto dicit xp̃us
Vade .ſ. cum bono ꝓpoſito ⁊ iam amplius no-
li peccare. Joh. viij. Quartũ opus penitentie
eſt oris confeſſio. quia corruptio nõ debꝫ intus
remanere. ſed debemus eam cõp̃mere vt exeat
qđ doloroſum eſt. Sed ita curat ⁊ mũdať aĩma
in confeſſiõe. Qui abſcondit ſcelera ſua nõ diri
getur. q̃ autẽ cõfiteť ⁊ dereliquerit ea miſcďiaꝫ
conſequeť. Prouer. xxviij. Quintũ opus peni
tentie eſt corꝑalis afflictio caſtigando carneꝫ q̃
totiens ſe fecit peccare cum ṽga penitẽtie. Au-
guſtin⁹. Carnem vr̃am domate ieiunijs ⁊ abſti
nentijs eſce ⁊ potus q̃ꝫtum valitudo permittit.
Sextum opus penitẽtie eſt ſpũalis oratõ. quia
oratio corꝑalis .ſ. calciãdo ſe vel veſtiendo mo-
dicum valet. etiã mulieres ornando ſe orãt. Sꝫ
ſpũalis eſt optima cogitando ꝙ xp̃um videtis
iratũ contra vos ⁊c̃. Oportet ſemꝑ orare ⁊ non
deficere. Luce. xviij. Nota ibi pulchra. ſemper
id eſt omni mane et ſero. Septimũ opus peni-
tentie eſt debitorũ reſtitutio. Reſpiciatl' domũ
tariam ⁊ burſam. ſi eſt ibi aliq̃d de male acqui-
ſitis bonis ⁊ alienis .ſ. de furto. vſura. rapina.
calumnia. de eccl'a. de mortuis. quia regula eſt
iuriſtarũ ⁊ etiã theologorũ ꝙ nõ dimittiť pec-
catum niſi reſtituať ablatuꝫ. xiiij. q. vj. Si res.
Nullus ſe decipiat dicẽdo. ego dimittam illa ĩ
teſtamẽto. O ſtulte credis ꝙ filius tuus diligat
animam tuã plus q̃ꝫ tu Si tibi nõ ſufficit cor ad
reſtituendũ quomõ credis ꝙ filius tuus reſtitu
at. q̃ non recepit medietatem forte nihil reſtitu-
et. Si ṽo faciat reſtitutõnem liberabit animaꝫ
ſuã ſed non tuã de inferno. quia in vita tua non
habuiſti ꝓpoſitũ reſtituendi. ideo nõ fuiſti ſine
peccato mortali. Octauũ opus penitẽtie eſt fa-
me reformatio. ſi aliquẽ diffamaſtl' vel peccatũ
occultum publicaſtis. reſtituatis ſibi famam a-
pud illos apud quos diffamaſtis eũ. quia ſicut
fur qui furať bona nõ poteſt ſaluari niſi reſtitu
at. ſic nec qui furať famam. imo magis furtum
facit lingua q̃ꝫ manus. Melius eſt nomen bo-
num q̃ꝫ diuitie multe. Prouer. xxij. Jõ Aug⁹.
Non pigeat ex ipo ore ꝓferre medicamentum
vnde facta ſunt vulnera. Nonũ opus peniten-
tie eſt iniuriarũ remiſſio. Si habetis inimicos
parcetis eis bono corde. non queratis vĩdictaꝫ
nec eſt melius remediũ ad obtinendũ remiſſio-
nem peccatorũ apud deum q̃ꝫ remittere. Si di-
miſeritis hominibus peccata eorũ dimittet vobiſ
pater celeſtis delicta veſtra. ſi aũt non dimiſeri
tis. nec pater veſter dimittet vobis peccata ve
ſtra. Matthei. vj. Decimum opus penitentie
eſt euchariſtie cõmunio. Iſto modo quãdo ve-
nietis ad portam paradiſi portantes iſtos decẽ
florenos in burſa cõſciẽtie. dicetur a chriſto In
tra in gaudium domi tui. Propter hoc dicebat
chriſtus. Penitentiã agite. que in his decẽ con
ſiſtit. Qui habet iſta decem poteſt dicere. villã
emi .ſ. ciuitatem paradiſi ¶ Quantũ ad ſecun
dam villam que eſt inferius infernalis et tene-
broſa. iſta in corde terre conſiſtit. plena eſt igne
Ibi enim cruciantur damnati. ⁊ in omnib⁹ ha-
bet conditõnes contrarias ciuitati. Si vultis
ſcire omnes eius conditiones ⁊ dolores. Ecce
quid dicit deus. qui vt bonus et fidelis merca
tor nolens aliquem decipere. vt faciunt multi

mercatores qui celant malas rei vendite condi
tiones. dicit clare conditiões illius ville per os
Job qui dicit illam terrā eſſe tenebroſaꝫ ꝛ oper
tam mortis caligine. terrā miſerie ꝛ tenebraruꝫ
vbi vmbra mortis ꝛ nullus ordo ſed ſempiter-
nus horror inhabitat. Job. x. Septē malas cō-
ditiones illius ville enumerat. Prima ꝙ eſt
terra tenebroſa. Si dicat̄ ꝛ nunqd eſt ignis ibi
imo. ergo claritaſ. Dico ꝙ ille ignis eſt flamma
in qua tamē omnes ſe vident ꝛ cognoſcunt. ſed
qꝛ ille ignis non eſt clarus. ideo ꝛc. Secunda
conditio eſt ꝙ eſt terra opta mortis caligie. hoc
dicit̄ ꝓ tanto. quia nō vident deū licet modo vi
deant beatos. ſed tamē ad maiorē penam eoruꝫ
vt famelicus videns menſam ornatam. ꝛ nō po
teſt inde comedere dolet ꝛ triſtat̄. ꝛ i eodē aug-
mentat̄ dolor. Idem de damnatis quando vi-
dent Paulum q̄ fuit ſupbus dicunt. ꝛ quis eſt
ille? Idem de beato Mattheo auaro. ꝛ de bea
ta Magdalena que fuit luxurioſa. Tertia cō-
ditio eſt quia dicit̄ terra miſerie. quia omne bo-
num eis deficit intantū ꝙ nec guttam aque pñt
habere. Unde ſi omia bona mūdi fierent ꝓ eis
non haberēt aliquod remediū. imo augmenta-
retur eis dolor. Nota exemplū de captiuo cui
mittit̄ ꝑcium redemptōnis ꝛ perdit̄ quomodo
dolet. Quarta conditio ꝙ eſt terra tenebrarū
qꝛ dicunt̄ tenebre. Aplꝰs. Abijciamus opa te-
nebrarū. Ad Roma. xiij. Damnati aūt ſp ſunt
in penis ꝛ renegant ꝛ maledicūt deū. filiꝰ inſur-
git cōtra patrem dicens. O ꝑditor quia pro te
ſum damnatus. ꝛ econtra. vir cōtra vxorem ꝛc̄
Quita conditio tangit̄ cum dicit̄. ibi vmbra
mortis. ꝛ hoc qātum ad tormenta. Nam in hoc
mūdo grauia tormenta occidūt hominē ꝛ cōſe-
quenter ceſſant Sed in inferno licet grauiſſima
ſint tormēta, non dāt tñ eis mortem. quia imor
tales ſunt. Ideo nō dicit̄ mors ſed vmbra mor
tis. Sexta conditio eſt ꝙ ibi nullus ordo eſt ſꝫ
confuſio. Argumentū in oppoſitū. nam dicͣ apo
ſtolus. Que a deo ſunt ordinata ſunt. Ad Ro.
xiij. Cū ergo infernus ſit opus dei. quomō dici
tur ibi nullus ordo? Reſpondeo ꝙ in inferno il
lud quod eſt a deo ordinatū eſt. ſicut ſunt puni-
tiones peccatorū que ſunt a deo. ſed in operibꝰ
damnatorū ibi nullus ordo eſt. imo quāto amo
res fuerunt maiores hic. tātomagis eſt int̄ eos
odium. Filius nō eſt ordinatus erga patrem ip
ſum honorādo. ſed vitupando ꝛc̄. Septia cō-
ditio tangit̄ ibi cum dicit̄ ſempiternus horror i
habitat. id eſt eterna pena de horribili viſione
demonū. Nota hic miraculū de illo homie. cui
apparuit demon in horribili figura q̄ cecidit q̄ſi
mortuus. Cum aūt fuit ad ſe reuerſus interro-
gatus q̄d vidiſſet? Reſpondit ꝙ demonem i ta
li figura ꝙ citius vellet tranſire ꝑ furnum cali-
dum ſpacij vnius leuce q̄ iterū videre illam fi-
guram. De iſta maledicta ciuitate dicͣ Joh. ve
ve. ciuitas illa magna babylon ciuitas illa for-
tis. quoniā vna hora venit iudiciū tuuꝫ ꝛ nego
ciatores flebūt ꝛ lugebunt ſup illam. Apocal'.
xviij. Nota ve q̄tum ad aīmas que ſunt iam
ibi. ꝛ ve q̄tum ad corpa poſt iudiciuꝫ. Ciuitas
illa babylonis. id eſt confuſionis magna. qꝛ ma
gne pſone in dignitatibus. diuitijs ꝛ honoribꝰ
vadunt illuc. qꝛ ciuitas celeſtis paupibus po-
pulat̄ ꝛ replet̄. Item iterū magna. qꝛ in die iu-
dicij tot erūt damnati ꝙ compatiue loquendo
pauci erūt beati. iuxta illud. Multi ſunt voca-
ti. pauci vo electi. Matth. xxij. Iſta mala vil-
la emit̄ ſeptem ſolidis. i. ſeptem peccatis capita
libus. ꝛ multi emunt illā. licet deus eis dixerit
malas conditōnes huius ville. Ideo auiſetis
vos ne iſtud peccatū portetis. Primus ſolidꝰ
quo emit̄ eſt ſupbia ſiue ꝓteruia. qꝛ nō vult ſō-
ijci nec obedire volūtati dei. vt diſcipulus ma-
giſtro. ignorās ſapienti. Ex hoc ſequit̄ preſum-
ptio. vana gloria. ꝓpter hoc dicit deus per os
Thob. Superbiā nunq̄ in tuo ſenſu aut in tuo
vbo dominari pmittas. in ipa em̄ initium ſum
pſit omnis pditio. Thob. iiij. Scd'ꝰs eſt auari-
cia acq̄rendo bona terrena in iuſte ꝑ vſuras. ꝑ
rapinas. furta ꝛc̄. Ideo xp̄us. Cauete ab omni
auaricia. Lu. xij. Tertius eſt luxuria. In duo-
bus vbis dicam vobis quid eſt. vir cum vxore
ſua ſuando modū non eſt luxuria nec faciūt lu
xuriam ꝙ ſit peccatū mortale. Sed alit̄ quomō
cūq̄ velis delectatōem ꝑ illas ptes luxuria eſt
ꝛ damnatio. Ideo dicit ſcriptura. Abſtineatis
vos a fornicatōe. vt ſciat vnuſquiſq̄ vr̄m ſuuꝫ
vas poſſidere in ſanctificatōe ꝛ honore. non in
paſſione deſiderij ſicut ꝛ gentes q̄ ignorāt deū.
pma Theſ. iiij. Quartus eſt inuidia. ſ. dolere
ꝛ triſtari de bono alteriꝰ. mala moneta eſt. De-
ponentes igit̄ omnem maliciā ꝛ omnem doluꝫ
ꝛ ſimulatōnes ꝛ inuidias. ꝛ omēs detractōnes
ſic̄ modo geniti infantes. j. Pe. ij. Quintꝰ eſt
gula. frangere ieiunia eccl'e. comedendo ꝛ bibē
do exceſſiue. Ideo dicit xp̄us Attendite vobis
ne forte grauent̄ corda veſtra in crapula ꝛ ebri
etate. Lu. xxj. Sextus ira rancor mala volun
tas. deſideriū vindicte. Sol nō occidat ſup ira-
cundiam veſtrā. Ad Eph. iiij. Septimꝰ eſt ac-
cidia que nulli nocet niſi vobis dimittendo bo-
na que tenemi facere. vt oratōꝫ. miſſam. confeſ-
ſionem in q̄dragesima ac cōmunionem in paſca
te. Ex iſta mala moneta acquirit̄ villa inferni.
Ido dicit ſcriptura Ne acq̄ratis pditōem i ope
ribus manuum veſtrarū. quoniā deus nō fecit
mortem nec letat̄ in pditione viuorū. Sapi. j.
Qui ſtat in his peccatis ꝛ nō vult conuerti nec
facere penitentiā poteſt dicere villā. ſ. inferna-
nalem emi. Quantū ad tertiam villam que eſt
in medio purgatorial' ꝛ doloroſa eſt. ſed nō eſt

tenebroſa. q₂ ei⁹ hitatores nõ hñt claritatẽ grẽ
dei nec glorioſa. q₂ nõ vidẽt deũ. Sed eſt dolo/
roſa. q₂ ibi eſt ignis. ſ. flamma pura q̃ ꝟtute dei
cruciat aĩas purgandorũ. non ſunt ibi demo=
nes ſed tãtus eſt ibi dolor ꝙ dicũt doctores ſan
cti ꝙ nulla pẽa huius mũdi poteſt compari mi
nime pene purgatorij. intantũ ꝙ ſi deus pone=
ret vnã animam de illis de purgatorio in furno
calcis vel vitri igniti reputaret hoc ad gratiam
q₂ non haberet tantã penam. Si dicat̃ que eſt
ratio ꝙ tanta ſit pena? Reſpõdeo q₂ ibi eſt vio=
lenta ⁊ nõ voluntaria penitentia. que fit in hoc
mundo eſt volũtaria ⁊ de modica penitentia in
iſto mũdo deus contentat̃. Sed q̃ non facit hic
voluntarie faciet in purgatorio coacte. Nota
ſimilitudinem de patre q̃ corrigit duos filios. ⁊
vnus humilit̃ ⁊ voluntarie venit ad patrem. q̃
facto ꝓmittens de cetero emendatõꝫ. pater ſta
tim dimittit ꝟgam cõtentus de humilitate filij.
Sed alius filius recalcitrat ⁊ cõtradicit patri.
ideo fortiter ꝟberat̃. Ita q̃ in hoc mũdo humi
liatur ad penitentiam deus eſt contentus. Qui
autẽ nõ vult hic facere penitentiã fortiter poſt
iſtam vitã puniet̃ in purgatorio. penitentiã ſol
uet clamando ⁊ plangendo dicens. Heu michi
quia incolatus meus. id eſt habitatio ꝓlõgat⁹
eſt. habitaui cũ habitãtibus cedar. ſ. in triſticia
vel tribulatõne. multũ incola. i. inhabitata fuit
aĩa mea. ps̃. cxix. Iſta villa emit̃ ñ florenis nec
ſolidis ſed tribus denarijs minutl. q₂ ſolũ pec=
catis venialibus emit̃. Decedens em̃ in pecca=
to mortali deſcendit ad infernũ ⁊ damnatus eſt.
Nota tria genera peccatorũ venialiũ. de iſtis
tribus differentijs peccatorũ venialiũ dic̃ apo=
ſtolus. Si quis edificauerit ſuꝑ fundamentum
hoc. ſ. fidei. q₂ nec iudei nec agareni intrant ibi.
ligna fenũ ſtipulam detrimentũ patiet̃. ipẽ aũt
ſaluus erit. ſic tamen q̃ſi ꝑ ignem. j. ad Corin.
iij. Nota ligna fenũ ſtipula hec tria ſignificãt
tria peccata venialia p̃dicta. Lignum difficili⁹
comburit̃ q̃ꝫ fenum ſignificat peccata venialia
maiora. q₂ ꝓ talibus multũ ſtant in purgatorio
Fenum quod citius comburit̃ ſignificat pecca=
ta venialia mediocria. Stipula. i. palea ſignifi/
cat peccata venialia minima. de q̃bus ſtati pur
gantur ⁊ purificant̃ tranſeũdo ꝑ purgatorium
Reſpiciatis ergo burſam cõſcientie ⁊ videatis
qualem monetam portatis. vt poſſetis dicere.
Villam emi. ſ. paradiſi. non inferni nec purga=
torij. Auiſetis vos ⁊c̃.

De eadem domica Sermo tertius.

FEcit cenam ma=
gnam ⁊ vocauit m̃ltos. Lu. xiiij. In
iſto ſmone iuxta materiã quã tangit
thema ꝓpoſitum volo declarare modos quos
ꝓphetis. Matth. vij. De iſta materia ꝑdicaui heri intellectū litteralem Modo autē ꝑdicabo materiā moralē. et totus ſmo erit moralis. Saluteť ꝟgo maria ⁊c̄. Pro introductione ⁊ totali ꝓſecutione huiꝰ ꝟbi recipio fundamētū a quadam autoritate Hieremie ꝓphete in qua oſtenduntꝰ tres differentie falſorum ꝓphetaꝝ. Ecce ego ad ꝓphas dicit dñs. ſ. noſter ihs xps ſaluatoꝛ mundi. qui furanť verba mea vnuſquiſqꝫ a proximo ſuo. Ecce ego ad ꝓphetas dicit dominꝰ qui aſſumunt linguas et aiūt dicit dominꝰ Ecce ego ad ꝓphetas ſomniantes mendaciū qui narrauerūt ea ⁊ ſeduxerūt populū meum in mendacio ſuo. ⁊ in miraculis ſuis cū ego non miſiſſem eos nec mandaſſem eis Hiere. xxiij. Pro intellectu huius autoꝛitatis ſciendū ſm glo. ⁊ doctoꝛes poſtillantes. quando ſancti ⁊ veri ꝓphete vt Eſaias ⁊ Hieremias ⁊ alij habebāt a deo aliquā reuelationem de aliquibus magnis factis futuris ꝓſperitatis vł aduerſitatis ponebāt illam in ſcriptis vt ſuo tēpoꝛe eam reuelarent populo Et aliqui falſi ꝓphete obſeruātes furabanť eis illas ſcripturas et iṗi vt reputarenť ꝓphete publicabant anteq̄ꝫ veri ꝓphete. Et contra iſtos dicit deus Ecce ego ad ꝓphetas qui furantur ꝟba mea. Secūda differētia falſoꝛum ꝓphetarū fuit qui non furabanť vt p̄mi. ſed quicquid ſomniabāt vł illudebanť a demonibꝰ dicebant eſſe reuelationes diuinas ⁊ iṗi decepti decipiebant populuꝫ Et de iſtis dicit deus. Ecce ego ad ꝓphetas dicit dominꝰ ſomniantes ⁊c̄. ¶ Tertia differentia falſoꝛum ꝓphetarum eſt qui non furabanť nec ſomniabāt. ſed ex ſua ſuperbia ſm ſuas imaginationes loquebanť ad voluntatem ſuā: ⁊ decipiebāt populū. Et ꝺ iſtis dicit deꝰ. Ecce ego ad ꝓphetas qui aſſumunt linguas ſuas ⁊ aiunt dicit dominꝰ. Ex iſtis tribus differētijs falſoꝛum prophetarum. notaui ego tres differentias falſoꝛum ꝓphetarum qui hodie decipiunt totum mundū. Primus ꝓpheta eſt qui ingenio vel intellectu eſt ꝓ̄ſumptuoſus. Secūdus eſt qui ꝓximo eſt iniurioſus. Tertius eſt diabolus totꝰ mēdoſus. Iſti tres hodie totum mundū decipiūt. ¶ Dico ꝓ̄mo ⁊c̄. iſte ꝓpheta malus multos dānat ⁊ cadit in ꝓ̄ma differentia illoꝝ qui furabātur verba dei ⁊ ſibi appropꝛiabant. Ita faciūt ꝓ̄ſumptuoſi qui verba dei ſubmittūt ⁊ ſubiciunt ſuis rationibꝰ argumentis ⁊ intellectui nō curātes quid dicit deus vel ſi eſt cōtra deum ⁊ determinationē eccľie. de quibus dicit Hieronymus ad Pauľ. ca. vj. Nec ſcire dignātur quid ꝓphete quid apoſtoli ſenſerūt. ſed ad ſenſum ſuuꝫ incōgrua aptant teſtimonia quaſi grande ſit ⁊ nō vicioſiſſimū dicēdi genus deprauare ſentētias ⁊ ad voluntatē ſuam ſacram ſcripturaꝫ trahere reputanteꝫ. Iſte falſus ꝓpheta multos dānat. vnde hoc eſt in mūdo ꝙ multi credunt ꝙ vſura non ſit peccatū. ⁊ lꝫ non dicant oꝛe ꝓpter timorem. quia eccľia cōdemnat vſuraꝫ. tamē volunt vſuris intereſſe. ⁊ itellectus taliū facit iſtam rationem. quare ſi vna ꝑſona vł cōmunitas tenet pecunias meas ⁊ cū illis lucrať non recipiā ego aliquid ⁊c̄. nec cogitat ſi eſt ꝯtra deum vel eccleſie determinationē. Nam talis ratio cōtinet erroꝛes. ꝓ̄mus quādo dicūt pecunias eſſe ſuas falſum dicunt. qꝛ dominꝰ non teneť cōpotum reddere alteri. ſꝫ q̄libet habet reddere cōpotuꝫ deo q̄ eſt dominꝰ omniū. Dñi eſt terra ⁊c̄. Qualem iniuriā faceret regi ſi theſaurarius vel diſpenſatoꝛ dicēt de pecunijs regis. vt de meis pecunijs ego faciā ⁊c̄. Om̄es diuites ſunt theſaurarij vł diſpēſatoꝛes dei. quia ſicut rex cōſtituit ſuos diſpēſatoꝛes. ita deus in qualibet villa vel ciuitate ſuos diſpēſatoꝛes ſcilicꝫ diuites vt diſpēſent Primo in ſuis neceſſitatibꝰ et domus ſue ⁊ non in vanitatibus. Secūdo in domeſticis dans q̄tationē ſcꝫ pauperibꝰ amicis regis xp̄i. Regula quam dñs dedit ſuis diſpenſatoꝛibꝰ ē iſta Non feneraberis fratri tuo ad vſurā pecuniā nec fruges nec quālibet aliam rem. Deut. xxiij. Nō facias ergo ꝯtra dei volūtatē. Si dicať q̄ nihil lucraboꝛ ⁊c̄. Imo recipietis vſurā a deo qui multiplicabit oīa bona veſtra ⁊c̄. Qui dicit. Centuplum recipietis ſcꝫ in hac vita. Et vitam eternā poſſidebitis. Matth. xix. Sꝫ cōfiditis de vno iudeo ſi obligatur vobis cū inſtrumento. ⁊ non ꝯfiditis ꝺ deo qui ꝓmittit etiam cū inſtrumēto centuplū ⁊c̄. ¶ Secūda ratio quaꝫ faciūt. qꝛ clerici qui dicunt hoc vitādū. faciūt idem ⁊c̄. ⁊ creditis ꝙ clerici et prelati non damnenť. imo ⁊c̄. Ido ſubmitte intellectum tuum verbis diuinis ⁊ determinationibꝰ eccľie. Item vnde in mūdo

tanta corruptio de luxuria niſi q2 pſūptuoſi di/
cunt ſimplicē fornicationē nō eſſe peccatū. qđ ꝑ
tinaciter aſſerere ē hereſis. q2 ꝯtra ſanctā ſcriptu=
ram. imo dicūt cui fit iniuria nō mulieri nec mi=
hi ⁊c̄. Caue ergo ab iſto falſo ꝓpha. ꝓpter hoc
de iſta materia dicebat apl's. Nolite errare neq3
fornicarij. neq3 idolis ſeruientes. neq3 adulteri.
neq3 molles. regnum dei poſſidebūt. j. Cor. vj.
Itē ſancta mater eccl'ia in ꝯcilio vniu̇ſali fec̄ de=
cretalē in q̄ ſtrictiſſime precepit medicis ꝙ nulli
dent ꝯſiliū faciendi illud opus etiam ſi deberet
mori. Alia ſūt remedia vt balneari. trahere ſan=
guinē. Ido ſubmitte intellectū tuū determinati
one eccl'ie. Ido apl's. Deſtruētes oēm altitudi/
nem extollētē ſe aduerſus ſciētiā dei i captiuita=
tem redigētes oēm intellectū in obſequiū xp̄i. ij
Cor. x. Dico ꝯſeq̄nter ꝙ ſcđs ꝓpha ē q̄ ꝓximo
eſt iniurioſus. ⁊ iſte cadit in ſcđa differētia de ſo
poratib9. Ratio. ſicut ille q̄ accipit ſomnū ꝓ re=
uelatione decipit̄. q2 recipit ſil'itudinē ꝓ verita
te. Ita xp̄ianus q̄ oſtendit ꝓximo amorē ⁊ dile=
ctionē ⁊ non ē ita: decipit eū oſtendēs ſil'itudiē3
amoris ꝓ veritate. De q̄b9 dauid. Qui loquūt̄
pacē cū ꝓximo ſuo: mala aūt in cordib9 eorū ⁊c̄.
ps̄. xxvij. Dicat̄ de hoib9 oſtendentib9 mulieri
bus amorē lupinū ⁊c̄. Et ꝑ oppoſitū de mulieri=
bus oſtēdēdo amorē lupinū viris vt habeāt ab
eis ⁊c̄. Itē de falſis hereticis q̄ decipiūt gentes
diuinādo mala q̄ habuerunt ⁊c̄. Ido Hiere. ix.
Vnuſquiſq3 a ꝓximo ſuo ſe cuſtodiat. ⁊ i omni
fratre ſuo non habeat fiduciā. q2 oīs frater ſup=
plantabit. ⁊ oīs amicus fraudulenter incedit. ⁊
veritatē non loquit̄. Terti9 falſus ꝓpha ē dia
bolus mendoſus. Iſte cadit in tertia differētia
ꝓphetaꝝ falſoꝝ q̄ ꝑ ſupbia3 mentiūt̄. De quo
dicit xp̄s. Ille in veritate nō ſtetit. q2 nō ē veri=
tas in eo. Cū loquit̄ ex ꝓprijs loq̄tur mēdaciu3
quia mēdax eſt ⁊ pater ei9. Joh. viij. Iſte mul=
tos decepit vel ſomniādo apparēdo alicui q̄ fa=
cit orare ꝓ aliquo defūcto dicēs: Regratior vo
bis. q2 ꝓcibus vr̄is modo vado ad ꝑadiſū. hoc
facit vt ille dimittat facere illa bona opa. ¶ Se=
cūdo apparet in forma alicui9 religioſi vel clerici
q̄ fuit peſſime vite dicēdo ꝙ eſt ſalu9 in paradi=
ſo. q2 magna eſt dei miſcđia. Ratio vt viuus di
cat. O ſi ille eſt ſaluus q̄ fuit maximus peccator
ita ſil'iter potero ſaluari. ⁊ nō curabit de penitē=
tia. ¶ Tertio ꝑ oppoſitū apparebit dicens ſe eē ta
lem ſancte vite. di. ꝙ eſt dānatus vt inducat gē
tes ad deſperationē. Itē apparebit alicui in for=
ma ꝟginis marie vel xp̄i. vel alicuius ſancti vt
decipiat illū ꝑ ſupbiā. ꝑ vanā gl'iam vt damnet̄
cū tn̄ deberet cogitare. ⁊ q̄s ſum ego ꝙ xp̄s vel
ꝟgo maria apparet mihi qui ſum peccator. ideo
aplus. Ip̄e ſathanas trāſfigurat ſe in angelum
lucis. ij. Cor. xj. Dicatur hic miraculum qđ ha
betur in vitis patrū de illo ſancto heremita a de
mone decepto. qui recepit circūciſione3 ⁊ iude9
voluit mori ⁊c̄. Hic debuiſſet recordari illi9 di/
cti apl'i. Ecce ego paulus dico vob. qm̄ ſi circū=
cidamini xp̄s nihil ꝓderit vob. ad Gal. v. Pa=
tet ergo moraliter q̄re dicit xp̄s. Attendite a fal
ſis ꝓphetis ⁊c̄. Deo gr̄as.

¶ De eadē dñica octaua. ſermo tertius.

NOn omnis qui dicit mihi dñe dñe itrabit i regnū
celoꝝ. Mat. vij. Iſtud ꝟbū conti
net ſeptē ſecreta ex q̄b9 extirpātur
ſeptē errores falſaꝝ pſonaꝝ ꝯ̄ fidē catholicam.
¶ Primū ſecretū eſt ſancte trinitatis.
¶ Scđm eſt incarnatiōis filij dei.
¶ Tertiū ē de inſtructione intellectuali.
¶ Quartū eſt de redemptiōe hūanali.
¶ Quintū eſt de ſaluatiōe humanali.
¶ Sextū de ꝯuerſione cordiali.
¶ Septimū eſt de ꝯuerſatione mūdiali.
Primū ſecretū eſt ſancte trinitatis cu3 tangitur
⁊c̄. Nā vera fides trinitatis eſt credere vnū de/
um in eſſentia. ⁊ trinū in pſonis ſc3 pr̄em pfectū
dñm. ⁊ filiū pfectū dñm. ⁊ ſpiritūſanctū pfectū
dñm. que tres pſone non ſunt tres dij. nec tres
dñi. ſed vnus dñs et vnus deus. tn̄ hoc nomen
deus ter aliq̄n ponitur vt pt3 in ps̄. Benedicat
nos de9 deus noſter ⁊c̄. Hic igit̄ pater ē dñs. fi=
lius eſt dñs. ſpūſſanctus eſt dñs Et l3 h' ſit claꝝ
in nouo teſtamēto. tn̄ etiā inuenit̄ in veteri teſta
mēto Numeri. vj. Locut9 ē dñs ad moyſen di.
Loq̄re ad aaron ⁊ filios eius Sic bn̄dicetis filijs
iſrael Bn̄dicat tibi dñs ⁊ cuſtodiat te. Oſtēdat
dñs faciē ſuā tibi ⁊ miſereatur tui. ꝯuertat dñs
vultu3 ſuū ad te ⁊ dabit tibi pacē ⁊c̄. Hic i dicta
auctoritate ter ponit̄ dñs. vbi innuit̄ trinitas ꝑ
ſonaꝝ diuinarū. ⁊ ſicut modo datur benedictio
populo in nomine trinitatis. Ita tūc in noie do
mini. In hoc ꝙ dicit. Inuocabūt nomē meū ſu
per filios iſrael. non dicit noia mea. q2 non ē niſi
vnus dñs. ſicut non eſt niſi vnus deus. l3 pater
ſit de9. filius de9. ⁊ ſpūſſanctus ſit deus. Idō qui
vult intrare non ei ſufficit dicere dñe dñe bis. ſ.
patri ⁊ filio. ſ3 oportet addere tertiū dñe ꝓ ſpiri/
tuſancto. Ecce q̄re dicit̄. Nō oīs q̄ ⁊c̄. Hic extir
pat̄ error macedonioꝝ a magiſtro ſic dicto. q̄ di
xerūt ꝙ pr̄ erat de9 creator. ⁊ filius de9 creator.
ſ3 dicebāt ſpiritūſanctū eē creaturā coꝝ ſuitorē
Iſti tm̄ dicebāt bis dñe. ſc3 ꝓ patre ⁊ filio. Idō
tales nunq̄3 intrabūt ꝑadiſum niſi addāt tertiū
dñe ꝓ ſpirituſancto. Ideo ꝯtra iſtū errorem in
Credo maiori đr ⁊ in ſpiritūſanctū ſupple credo
Et l3 pater ſit dñs. et filius ⁊ ſpūſſanctus. tn̄ nō
ſunt niſi vnus dñs. Idō qn̄ de9 reuelauit gl'iam
paradiſi eſaie. eſaias audiuit angelos laudātes
dñm ⁊ dicentes. Sanctus pro patre. ſanctus ꝓ
filio. ſanctus pro ſpirituſancto. dominus deus

exercituū.plena ē oīs terra glīa ei⁹.nō dicit dn̄i
dīj. Eſa.vj.¶ Scd̄z ſecretū qd̄ iſta v̄ba non oīs.
includūt ē.bn̄dicte incarnatiōis filij dei.cui⁹ ve
ritas in h̄ ꝯſiſtit vt credam⁹ in ip̄o tres ſubſtāti=
as.lʒ non ſit niſi vna pſona. Nō credatꝰ ꝙ xp̄s
inq̄tū de⁹ ſit vna pſona. ⁊ inq̄tū hō ſit alia. qꝛ
deitas ⁊ hūanitas xp̄i nō faciūt niſi vnā pſonā
⁊ ſūt i ea tres ſubſtātie.¶ Prima ſubſtātia ē cor=
pus ſiēe nob̄ de genē dauid ex pte mr̄is. ⁊ ad eū
ptinebat regnū dauid d iure. ⁊ qꝛ q̄libet rex eſt
dn̄s. Jd̄o ecce in xp̄o p̄mū dn̄e ex pte corporis.
Autoritas. Ecce dies veniūt dic̄ dn̄s. ⁊ ſuſcita
bo dauid germē iuſtū. ⁊ regnabit rex ⁊ ſapiens
erit ⁊c̄. Hiere. xxiij.¶ Scd̄a ſubſtātia q̄ ē in xp̄o
ē aīa rōnalis. qꝛ nō ſolū recepit corp⁹ ſ; aīaʒ rati
onalē. ⁊ ſm aīaʒ debet dici dn̄s. Nō naturalis.
Nā dicit ph̄s. ꝙ hoīes intellectu ⁊ ſapīa vigen=
tes.naturaliter ſūt alioꝝ dn̄i ⁊ rectores. Cum g̊
aīa xp̄i viguerit intellectu ⁊ ſapīa.ido ⁊c̄.¶ Ter
cia ſubſtātia ē diuinitas eternalis ex quo ē dn̄s
etern⁹ vniuerſoꝝ. Autoritas. Tu feciſti celūz et
terrā ⁊ q̄cq̄d celi ambitu ꝯtinet̄. dn̄s oīuʒ tu es
Heſter. xiij. Extirpat̄ hic erroꝛ dicentiū ꝙ xp̄s
hʒ corp⁹ ⁊ aīaʒ. q̄ dicūt dn̄e ꝑ corpore. ⁊ dn̄e ꝑ
aīa.ſed negāt diuinitatē in xp̄o. Jd̄o dic̄ thema
Nō oīs q̄ dicit mihi ⁊c̄. ſ; oportet addere tertiuʒ
dn̄e ꝑ diuinitate.¶ Tertiū ſecretū eſt de inſtru/
ctione intellectuali. cui⁹ veritas ꝯſiſtit in tribus
gradib⁹. Nā de⁹ in hoīs creatiōe inſtruxit ei⁹ in
tellectū. qꝛ naturaliter i ei⁹ intellectu ſūt imp̄ſſa
ſeu ſignata .x. p̄cepta dei. vt naturalit̄ ſciat q̄d
ſit ſiēdū. q̄d credēdū ⁊c̄. Jd̄o dauid in pſ̄ Mul
ti dicūt q̄s oñdit nob̄ bona ſcʒ opanda .creden=
da. ⁊ ſperāda. rn̄dit ip̄emet. Signatum ē ſuper
nos lumē vult⁹ tui dn̄e. Nō ſignatū ē. qꝛ ſicut ſi=
gillū imp̄ſſum in cera dimittit ſignuʒ ſue imagi
nis. Jta de⁹ in aīa dimiſit ſignū ſancte trinitatꝭ
ſcʒ intellectū. memoriā. ⁊ volūtatē. ⁊ h̄ dicit pſ̄.
cuʒ ait. ſupra nos. nō dic̄ infra nos. ſenſualitas
eſt infra nos. ſ; aīa eſt ſupra nos. de hoc vide ⁊c̄
Scd̄o tpe moyſi dedit legē ſcriptā. qꝛ non om/
nes ſciebāt legē in libro rōnis Jdeo dedit in ſcri
ptis vt legeret̄ oclīs ⁊ audiret̄ aurib⁹. decē pre
cepta moralia audiuit oīs popul⁹ ab ore dei. et
dedit illa ſcp̄ta i tabulis lapideis tāq̄ȝ perpetua
Sed alia p̄cepta cerimonialia terribilia. ſecrete
de⁹ reuelauit moyſi ⁊ ſcripſit in papiro. ſeu pga
meno. qꝛ modicū durauerūt ſcʒ vſq̄ȝ xp̄m ſoluʒ
Ex iſta datiōe ſcd̄e legis d̄ꝛ etiā ſcd̄m dn̄e. Au/
toritas. Ego dn̄s cuſtodite leges meas atq̄ȝ iu/
dicia q̄ faciens hō viuet in eis ego dn̄s. Leuit̄.
xviij.¶ Tertio dedit legē grē. ſic dicta. quia ma
ioꝛ gr̄a quā de⁹ pōt facē creature ē eū eleuando
cū angelis ad glīaʒ. Jude⁹ ꝓmiſit terrena ⁊ ni=
hil celeſte. ſ; lex euāgelica nihil ꝓmittit terrenū
ſ; bona celeſtia ꝓmittit. Ex iſta datione tertie le
gis d̄ꝛ tertiū dn̄e. Jd̄o dauid q̄ fuit in ſcd̄a lege

⁊ eā ſuauit petēs tertiaʒ legē dicebat. Legē po
ne mihi dn̄e ⁊c̄. Si volum⁹ intrare celum. opoꝛ
tet credere ꝙ xp̄s vt p̄nceps ⁊ dn̄s dedit non ſo
lum primaʒ ⁊ ſcd̄am legē ſcʒ nature ⁊ ſcp̄ture. ſʒ
etiā grē. ꝓpter qd̄ dicit thema. Non oīs q̄ dicit
mihi dn̄e dn̄e ⁊c̄. Hic extirpat̄ erroꝛ iudeoꝝ di
centium. ꝙ deus debuit dare legeʒ ſcʒ nature ⁊
ſcripture ⁊ nō gratie. Jd̄o contra eos dicit the/
ma Non oīs qui ⁊c̄.¶ Quartū ſecretū ē de redē
ptione humanali q̄ in trib⁹ opibus conſiſtit ⁊ ꝑ
quolibet xp̄o d̄ꝛ dn̄e dn̄e.¶ Primū op⁹ eſt remiſ
ſio peccatoꝝ. q̄ fit qn̄ hō in cōfeſſione abſoluit̄ a
ꝯfeſſore Jſta abſolutio hʒ v̄tutē a xp̄i paſſione
⁊ ſanguinis effuſione. Autoritas Sanguis eni
xp̄i emūdauit ꝯſcientiā nr̄am ab opib⁹ mortuis
ad ſeruiendū deo viuenti. ad Heb. ix. Qn̄ pec/
catoꝛ abſoluit̄ a ꝯfeſſore debet cogitare ꝙ de q̄=
libet vulnere xp̄i effundit̄ ſanguis ſup euʒ. v̄tu
te cui⁹ ſibi peccata remittunt̄. Et q̄s p̄t peccata
remittere niſi ſolus de⁹. Marc̄. ij.¶ Scd̄m op⁹
eſt ſaluatio aīaꝝ. qꝛ aīab⁹ purificatis ⁊ mūdatis
a peccatis dat̄ a xp̄o celeſtis glīa. Luc̄. ix. Fili⁹
hoīs non venit aīas perdere ſ; ſaluare. q̄s pōt
dare regnū niſi dn̄s ſit eius. Ecce ſcd̄m domine
¶ Tertiū opus pfectum nr̄e redēptiōis eſt reſur
rectio corpoꝝ. ibi eni redēptio humana cōplet̄.
qꝛ modo ſolū aīe habēt glīam. ſ; poſt iudiciū coꝛ
pus cū aīa habebit. Dicat̄ ratio q̄re p̄mo datur
glīa aīab⁹. qꝛ aīa p̄us opat̄ meritoria cogitando
deliberādo. ordinando. ⁊ corp⁹ adhuc nihil fac̄
Sʒ in executiōe, qn̄ op⁹ meritoriū fit. corpus et
aīa faciūt opus. ⁊ qꝛ aīa p̄us opata eſt hʒ primo
glīam. ⁊ poſt in iudicio corpus. Jdeo dixit xp̄s
His aūt fieri incipientib⁹ leuate capita vr̄a. qm̄
appropinquabit redēptio Luc̄. xxj. Si dicatur.
Nūquid iſta redemptio fuit facta in xp̄i paſſio=
ne. Solutio. imo q̄tum ad remiſſioneʒ peccato
rū ⁊ animaꝝ ſaluationē. ſed nō q̄tū ad corporū
glorificationē. Jd̄o dicit ap̄ls. Omnes nos ma
nifeſtari oportet ante tribunal chriſti. vt recipi=
at vnuſquiſq̄ȝ ꝓpria corporis ꝓut geſſit ſiue bo
num ſiue malū. ij. Corꝭ. v. Jdem de peccatꝭ pri/
mo anima peccat cogitādo. ordinādo. deliberā=
do. quomodo recipiet vindictaʒ de inimico. vel
quomodo poterit ditari etiā cuʒ vſura. Jdē de
luxuria. ſed poſt in executione operis corp⁹ con
currit. Jdeo vult deus ꝙ anima p̄us habeat pe
nam ⁊ poſtea corp⁹. ſicut patet de anima Jude
Cayphe. Pylati. ⁊ alioꝝ quoꝝ corpora nō ha
bent adhuc penam. Non credatis ꝙ quādo re=
ſurgemus corpus habeat glīam aliaʒ ab anima
imo glīa anime redundabit et cōmunicabit cor=
pori gloriam. ſicut lumen candele redundat i la
ternā ⁊ facit ip̄am claram ſuo lumine. Jdē d pe
na corpoꝝ dānatorum. qꝛ pena anime redunda
bit in corp⁹ ⁊c̄. Ex his tribus operibus xp̄i non
ſolū bis dicit̄ dn̄e. ſed ter. Jd̄o dicit thema. Nō

Dñica octaua poſt trinitatis

omnis ꝗ ꝛc̄. qꝛ opoꝛtet dicere tertium domine.
Quintū ſecretū qđ includitur eſt ſaluatio hu-
manalis. ad quã requirūt̄ tria. ꝓpter que opoꝛ-
tet ter dicere dñe. Pꝛimū qđ requirit̄ eſt vera
fides ⁊ firma. in nullo articuloꝝ fidei dubitare
debemꝰ. fundamentū edificij debet eſſe fortiſſi-
mum. Nam ſi de domo cadat regula vel aliq̃ ca
mera leuiter pōt reparari. ſed qñ cadit fundamen
tū totū edificiū diruit̄. Sic fundamentū omniū
v̾tutū ⁊ opeꝝ nr̄oꝝ eſt fides. Si creatura cadit
ꝑ peccatū ſupbie diruit̄ camera hūilitatꝭ. Si ꝑ
auariciã diruit̄ camera pietatis. ſi ꝑ luxuriã ca-
mera clara diruit̄ caſtitatis. tales camere repa-
ri pñt. ſed ſi fundamentū fidei cadat totū edifici
um diruit̄. Jđo apl̄s. j. Coꝛ. iij. Fundamentū
aliud nemo pōt ponere p̄ter id qđ poſitū eſt. et
qꝛ nullus pōt ponere niſi dñs. qꝛ ad dñm ꝑtinet
diſponere domū. Ex iſto fidei fundamēto xp̄s
dꝛ dñs p̄mo. Scđm opꝰ qđ req̄rit̄ eſt baptiſmꝰ
poſt credentiã. qꝛ al̄s nihil valeret fides i coꝛde
⁊ in baptiſmo homo recepit xp̄m in dñm. et fac̄
homo homagiū abꝛenūcians ſathane. ꝓpter h̄
xp̄s dꝛ ſcđo dñs. Tertiū qđ req̄rit̄ eſt obediē-
tia ad ſua p̄cepta. Nam nullꝰ rex eēt ꝯtentus de
ſuis vaſallis ſi diceret̄ ſibi. Nos credimꝰ vos eē
regem nr̄m ⁊ facimꝰ homagiū. ſed nihil p̄cipia-
tis nobis. qꝛ nihil faceremꝰ ꝓ vobis. requiritur
ergo obediētia ad eiꝰ p̄cepta Jđo Jac̄. ij. Quid
ꝓdeſt fratres mei ſi fidē dicat q̄s ſe habere. ope
ra aūt non habeat. nunq̄d poterit fides ſaluare
eū? Hic extirpat̄ erroꝛ dicentiū ⁊ vtinã nō ſit ad
huc in mundo de illis hereticis dicentibꝰ. q̄ cre
diderit ⁊ baptiſatꝰ fuerit ſaluꝰerit. Marc̄. vlt̄.
q̄ dicūt. Non dicit xp̄s aliq̄d de opibus. ſ; igno
rantia ducit ad infernū. qꝛ imo xp̄s loquitur de
opibus qñ dicit q̄ baptiſatꝰ fuerit ꝛc̄. Nam hic
xp̄s non loquit̄ de fide moꝛtua. qꝛ nullū ſaluat.
ſ; de viua fide. ergo loquit̄ ꝺ operibus. qꝛ fides
viua nō eſt ſine operibꝰ. hec enī multa bona ha-
bet annexa. al̄s non ē viua. Autoꝛitas. Sic̄ enī
coꝛpus ſine ſpū moꝛtuū ē. ita fides ſine operibꝰ
moꝛtua ē. Jac̄. ij. Cōtra iſtos dicit thema. Non
oīs q̄ dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū celoꝝ
ꝓpter hoc dicebat xp̄s aliquibꝰ q̄ videbant̄ fu-
iſſe baptiſati ⁊ nolebant obedire. quid vocatis
me dñe dñe bis. ⁊ non facitis que dico. Luc̄. vj
Sextū ſecretū eſt de ꝯuerſiōe coꝛdiali que tria
requirit. ſcꝫ coꝛdis ꝯtritionē. oꝛis ꝯfeſſionem. ⁊
opis ſatiſfactionē. Pꝛimū eſt cōtritio. qꝛ ſicut
fuiſti delectatus peccãdo. ſic doleas et triſteris
ꝯterendo. ⁊ ſi tãtus ſit doloꝛ quãta fuit delecta-
tio remittit̄ peccatū a culpa ⁊ pena. Si v̾o ꝯtri-
tio ſit minoꝛ. remittit̄ peccatū q̄ntum ad culpam
ſ; reſtat de pena. Si v̾o ꝯtritio excedit delectati
onem nō ſolū remittit̄ culpa ⁊ pena peccati. ſed
acquirit̄ meritū. ſicut in beata magdalena in q̄
ꝯtritio fuit maioꝛ q̄̄ peccatū. Jđo dicit ſcp̄tura
Recogitabo tibi oēs annos meos. Eſa. xxxviij
Scđm qđ requirit̄ eſt ꝯfeſſio opoꝛtunitate ha
bita. qꝛ ſi aliq̄s cōmiſiſſet oīa peccata mūdi ⁊
moꝛeret̄ ſubito. ſola ꝯtritio ſaluat illū ſi hꝫ ꝓpo
ſitū ꝯfitēdi ⁊ ꝯfeſſionem feciſſet ſi potuiſſet. Sꝫ
nos q̄ habemꝰ copiam ꝯfeſſoꝝ confiteri debemꝰ
qꝛ ſicut ille q̄ tenet in vulnere ferrum ſagitte nō
curat̄. nec ſibi valent medicine ſeu vnguēta. ſic
nec peccatoꝛi tenenti peccatū abſconditū. non
ꝓſunt ſibi medicine eccl̄iaſtice. opoꝛtet ergo cō-
fiteri peccatū. Auctoꝛitas. Qui abſcōdit ſcelera
ſua vel peccata ſua nō dirigetur. Pꝛouꝰ. xxviij.
Peccata deo abſcondi non pñt. ꝙ loquit̄. Salo
mon de ꝯfeſſione ad hoīes Hic haberē argumē
tum ꝯtra iudeos de ꝯfeſſione. Tertiū qđ req̄-
ritur eſt ſatiſfactio ſiue reſtitutio Jſtud tertium
dñe requirit̄ Extirpat̄ h̄ erroꝛ dicētiū. q̄d opoꝛ
tet me ſatiſfacere deo ꝓ peccatis faciendo peni
tentiã ꝛc̄. Nunq̄d xp̄s ꝓ me eſt moꝛtuus ꝛc̄. ve
rū eſt ꝙ paſſio xp̄i liberauit te ꝺ inferno. ⁊ ape-
ruit tibi ianuã paradiſi. ſ; opoꝛtet ꝙ tu vadas il
luc ꝑ bona opa. Sicut de captiuo ꝓ quo iam ē
ſolutū p̄cium. tñ adhuc opoꝛtet eū ire ⁊ exire ca
ptiuitatē ambulando. Jdem de reſtitutione ad
ꝓrimū. Multi nō poſſunt dicere iſtud tertiū
dñe. Dicat̄ hoc miraculū qđ accidit lombardie
de illo magno tyrãno ad quē venit ille ſanctus
homo q̄ fuerat raptus ad infernū. ⁊ viderat pa
laciū qđ ibi fabꝛicabat̄. q̄ vocauit magiſtros et
doctoꝛes querēs ab eis ſi ſentētia dãnatiōis da
ta ꝯtra aliquē adhuc viuentē poterat reuocari.
ad quē reſponderūt magiſtri et doctoꝛes ꝙ hñ.
qꝛ impoſſibile eſt deū dicere alicui diffinitiue ſu
am dãnationē. qꝛ eſſet cauſa dãnationis deſpe-
rationis. ſed cōminatiue. Fundamētum habue
rūt ab illa autoꝛitate Ezechiel. xxxiij. Si dixe-
ro impio. Et tyrãnus: Modo videamꝰ quid de
heo facere. fuit ſibi reſponſū ꝙ tria. ſcꝫ ꝯteri. cō
fiteri. ⁊ ſatiſfacere deo ⁊ ꝓrimo ꝛc̄. Dicebat iſte
tyrãnus dñe dñe bis. ſed non poterat dicere ter
tium domine ſcꝫ ſatiſfaciēdo Satiſfactio fit deo
qꝛ ſi homo peccauit habēdo delectationes in ci
bo ſupfluo. ſatiſfaciat in abſtinentia ⁊ ieiunio. ſi
per os male loquēdo ſatiſfaciat oꝛãdo ꝛc̄. Se-
ptimū ſecretū ē de cōuerſatione mundanali vel
ꝓrimali quō eſt ꝯuerſandū in hoc mundo. Ad
hoc req̄runt̄ tria. Pꝛimo ꝙ recedat de mala ſo
cietate. Scđo ꝙ iungat ſe deo. Tertio ꝙ ꝑſeue-
ret in bona vita. Pꝛimo q̄libet debet recedere
de mala ſocietate. q̄libet ſcit ſuas malas inclina
tiones ⁊ familiaritates. ⁊ ea q̄ ſunt nociua vitã-
da ſunt ⁊ expellenda. ⁊ ad hoc req̄ritur dñatio.
Ecce p̄mū dñe. Scđo iungat ſe deo. audiēdo
miſſas. ſmones. ꝯfitendo ſepe ⁊ cōicando. in q̄-
libet cōmunione datur ſingularis gr̄a digne cō-
municãtibus. Tertio req̄rit̄ ꝑſeuerantia vſq;
in finē. ecce cōuerſatio virtuoſa que in his tribꝰ

cōſiſtit. Jdo xp̄s: Qui pſeuerauerit vſq; i finē
ſaluus erit. Mat. x. Jdeo dicit thema. Nō oīs
qui dicit mihi dn̄e dn̄e. Jdo xp̄s. Hec eſt volū
tas eius q̄ miſit me matris. vt omne qđ dedit mi
hi pater ſcʒ ꝑ bonam vitaʒ. non ꝑdam ex eo ſcʒ
ꝑ inconſtātiā. Joh. vj. Dicūt aliqui. ⁊ q̄lis dn̄s
eſt xp̄s. qꝛ ſi hō ſeruiat ſibi. c. ānis ſine aliq̄ defe
ctu. ⁊ ꝑ vno defectu quē hō facit totū ē perditū
⁊ hō dānat᷑. Ecce q̄lis dn̄s. hoc dicebat ſemel q̄
dam homo ſanctꝰ q̄ faciebat miracula. curabat
gētes de infirmitatibꝰ. et finaliter ꝓpter hoc ꝙ
ſemel nimis curioſe reſpexit quādā mulierē pul
chꝛam valde. ꝓpter qđ perdidit grām faciendi
miracula. Tandē venit ad aliū ſanctū dicens ei
quō ꝑdiderit grām neſciens q̄re. Rn̄dit ille ſan
ctus. non perdit᷑ grā ſine peccato. Jdo videatꝰ
ſi cū manibꝰ vel oꝛe vel oculis feciſtis aliqđ pec
catū. Rn̄dit: nō. niſi qꝛ reſpexi vnā mulierē ⁊c̄.
Rn̄dit aliꝰ. ꝓpter h̄ peccatū amiſiſtis grām. Et
ip̄e indignatꝰ dixit. vere non ſeruiā ampliꝰ tali
dn̄o. certe ſoldanus babylonie nō feciſſet hoc.
Dicat᷑ quō ſe parabat ire ſpaciatū ⁊ in quodaʒ
pꝛato vidit equū ambulantē pulcherrimuʒ ſuꝑ
quē aſcendit ⁊ ſubito fecit ſaltū vnū ⁊c̄. ¶ Nota
parabolā ad h̄ de mercatoꝛe eunte ad feriā qui
emit p̄cioſiſſima iocalia ⁊ fecit vnū fardellū qđ
tradidit vni poꝛtatoꝛi ꝓmittēs vnū floꝛenū ⁊c̄.
Jta in ꝓpoſito qn̄ deus cōuertit aliquē de vita
mala ad bonā. de peccatis ad ꝟtutē. tūc cōmit/
tit ſibi fardellū cū ꝑcioſis iocalibꝰ. ſcʒ opibꝰ me-
ritoꝛijs. ita ꝙ fardellum bone vite non eſt tuū.
ꝓpter hoc errāt illi qui dicūt ꝑ vno defectu ⁊c̄.
ſed ē dei vt mercatoꝛis. ⁊ cōmiſit ip̄m tibi. Si er
go tu poꝛtas fardellū ꝑ tot annos ⁊ vna die de-
ponis eū ⁊ furatur a te qn̄ peccas. q̄d mereris?
qꝛ perdidiſti fardellū dei quē habuiſti poꝛtare
vſq; ad poꝛtam ſui palacij. Poꝛta ē moꝛs hec ē
poꝛta dn̄i. qꝛ ip̄e etiā intrauit ꝑ eam. Autoꝛitas
Nōne ſic opoꝛtuit pati xp̄m? Luc. vlt̄. Cogita
te ergo ꝙ ſancta vita vel ſtatus penitētie eſt far
dellū a deo nobis cōmiſſum. Jdo non amittere
debemꝰ illud ſed operari cōtinue meritoꝛie. Jdō
apoſtolꝰ. Dum tp̄s habemus opemur bonum.
ad Gal. vlt̄.

¶ Sermo q̄rtus de eadem dn̄ica.

Qui facit volun-
tatem patris mei q̄ in celis eſt. intra-
bit in regnū celoꝝ. Verbū iſtud habe
tur oꝛiginaliter. Math. vij. ⁊ recitatiue in euā
gelio currētis dn̄ice. hoc ꝟbū eſt ꝟbuʒ ⁊ doctri
na ſaluatoꝛis dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i di. Qui facit volū
tatē ⁊c̄. Eſt hic q̄ſtio ſubtilis quare xp̄s dicit ꝙ
ille intrabit in regnū celoꝝ q̄ facit voluntatē pa
tris. ⁊ nō dicit volūtatē ſuā vel ſpūſſancti Pro
cuius reſponſione ſciendū ꝙ ſicut tres ꝑſone di
uine non habēt niſi vnā eſſentiā diuinitatem et
eternitatē. ſic etiaʒ nō habēt niſi vnam volunta
tē ſciaʒ ⁊ ptāatez. Una eni voluntas eſt patri. fi
lij. ⁊ ſpūſſancti. quicq̄d eni vult pater. vult etiā
⁊ filius ⁊ ſpūſſanctꝰ. qꝛ oadē volūtas eſt. Mo-
do ꝯſtat qđ dꝛ ꝙ ſol liq̄facit niuem. ⁊ nō dꝛ ꝙ ra
dius nec caloꝛ cū tn̄ oīa ꝯcurrāt. Jtē ſi q̄rat᷑ q̄d
facit fructificare. dꝛ ſol ⁊ nō radius nec caloꝛ qđ
idē ē. ⁊ nō ē niſi vnꝰ ſol Jta eſt etiā i diuinis. pr̄
eſt p̄ncipiū non de p̄ncipio. ideo dꝛ. Qui fecerit
voluntatē patris mei ⁊c̄. Et ſm̄ h̄ dicebat apl̄s
Ex ip̄o ſcʒ patre ⁊ ꝑ ip̄m ſcʒ filiū. ⁊ in ip̄o ſcilicʒ
ſpirituſancto ſūt omnia. ad Roma. xj. Patʒ er-
go reſpōſio ad q̄ſtionē. qꝛ nominādo volūtateʒ
patris noīat etiam voluntateʒ ſuā ⁊ ſpūſſancti.
Jdo dicit. qui voluntatē facit ⁊c̄. Ut ergo nos
poſſumꝰ intrare regnū celoꝝ. poſtq̄ exiuimꝰ de
miſeria huiꝰ mūdi. videamꝰ q̄ eſt voluntas dei.
q̄d vult deꝰ a nobis. Voluntatē dei declarat no
bis apl̄us in q̄dam autoꝛitate di. Probetis q̄ ſit
voluntas dei bona. beneplacens ⁊ perfecta. ad
Roma. xij. Jn hac autoꝛitate oſtenditur ꝙ tria
vult deus de nobis. ſm̄ ꝙ ter dei volūtas noīa
tur. Vult ſcʒ p̄mo ꝯuerſionē penitentialē. Ecce
volūtas dei bona. Scđo durationē virtualem.
Jſta eſt beneplacēs. Tertio ſaluationē celeſtia/
lem. ⁊ iſta eſt voluntas dei perfecta Qui hʒ iſta
tria intrabit in regnū celoꝝ. Jdo dicit thema.
Qui facit volūtateʒ ⁊c̄. ¶ Dico p̄mo ꝙ vult deꝰ
ꝯuerſionē penitētialeʒ. qꝛ q̄tūcunq; homo ſiue
ſit religioſus ſiue clericꝰ ſiue laicus ſit peccatoꝛ
⁊ male vite: non vult deꝰ ſuā dānationē. ſ; vult
ſuam ꝯuerſionē penitentialē. ſcʒ ꝙ vertat doꝛſū
mundo ⁊ creaturis. ⁊ vertat faciem deo. hoc fit
ꝑ penitentiā. ꝑ ꝯtritioneʒ de peccatis. ꝓpoſitū
non redeundi. cōfitendi. ſ᷑uandi penitentiā. oꝛā
di. audire miſſas ⁊ ſmones. Jſta eſt voluntas
dei bona. Ratio. qꝛ ſapiens argentarius poſtq̄
fecit cupam auri vel argenti. ſiue imaginē vl̄ co
ronam. vel aliqđ iocale cum magno laboꝛe ⁊ ex
penſa. ⁊ aliquo caſu cadit in puteo ſicco ⁊ ꝓfun
do. argentariꝰ non dimittat eam. imo deſcendit
quia p̄cioſa res eſt. Jdē ſi cadit in puluere mun
dabit eam. Jdeʒ ſi cadit in luto vel inter lapidē
maculat᷑ vel frangit᷑. ⁊ in incude adaptat᷑. Jdē
ſi cadit in aqua vel in igne. vel ſi ex antiq̄tate de
turpat᷑. non ex hoc dimittit eam. ſed polit ⁊ mū
dat. et tūc pulchꝛitudo reuertit᷑. Jta facit deus
p̄cioſum iocale fecit deꝰ auri puriſſimi. de hoīe
⁊ muliere. A p̄ncipio fecit deus vaſa de ere ⁊ cu
pꝛo. qꝛ foꝛmauit creaturas coꝛpoꝛales coꝛrupti
biles. de argento qn̄ creauit creaturas coꝛpoꝛa
les incoꝛruptibiles. Sʒ de auro quādo fecit ho
minē. plꝰ valet homo q̄ aliqua creatura coꝛpo/
ralis. Jta homo nō fuit factus a deo vt alie cre-
ature ⁊c̄. Faciamꝰ hominē ad ⁊c̄. Gen̄. j. Et nō
dixit: fiat homo: ſicut de alijs creatur̄. ecce vas
auri. ſi caſu aliquo cadit ⁊c̄. Cadit aūt homo in

puteo ꝓfundo. qñ de grã dei ⁊ bona vita cadit
in puteo ꝓfūdo ſuꝑbie ſicce. ſine deuotiõis hu=
militate. Suꝑbus enī credit aſcēdere ⁊ deſcen/
dit cum lucifero. Sʒ argentariꝰ met deſcendit
ne ꝑdatur. quādo dat homini cõpunctiões cor=
dis. ⁊ cogitat intra ſe dicens: De quo ſuꝑbis. ꝺ
fortitudine. cras eam perdas. Idem de pulchri
tudine. de dignitate. officio. ꝺ bonis opibus. et
tunc extrahiť homo de puteo. qñ humiliať tūc
vas auri redit in menſa gratie dei. de q̄ cecidit.
Jdo Joel. ij. Cõuertimini ad me. dicit dominꝰ
¶ Secūdo cadit in puluere auaricie. qñ fač vſu=
ram. furta ⁊c̄. Dauid. Nõ ſic impij. ſcʒ vt iuſti.
non ſic. ſed tanq̄ puluis quē ꝓijcit ventus a fa=
cie terre. Sed deus tanq̄ bonus argētariꝰ ipm̄
eleuat ⁊ mūdat. qñ dat ſibi cor ad faciendam re
ſtitutionē. ¶ Tertio cadit in luto vel ſtercore lu=
xurie. quādo dimiſſa vxore vel ecõuerſo peccat
Idē de illis q̄ non ſūt in matrimonio. Sʒ bonꝰ
argentariꝰ lauat quando luxurioſus plorat ſua
peccata. Lauanť enī peccata aqua lachrymarū
⁊ ſanguine diſciplinarꝫ. Hic ſcʒ luxurioſus eſt q̄
venit ſuꝑple ad deū. ꝑ aquā ⁊ ſāguinē. j. Joh. v
¶ Quarto cadit ſuꝑ lapides duros ex peccato i
uidie. tunc cõiunctio dura q̄ eſt charitas frangi
tur. Sed deus bonꝰ argentariꝰ reꝑat ꝯiunctio=
nem quādo ſibi dat cor dulce ⁊ beniuolū ad dili
gendū oīes. Jdo aplš. Suꝑ oīa charitatē ha/
bete. quod eſt vinculum ꝑfectionis. ad Col. iij.
Ecce ſolidatura ⁊ ꝯiunctio ¶ Quito cadit in aq̄
currenti ex peccato gule. aqua exit a fonte ⁊ cur
rit ad mare. Sic peccatuʒ gule eſt fons luxurie.
qꝛ guloſus ſtatim currit ad luxuriā. ¶ Sexto ca
dit in igne ꝑ peccatuʒ ire. quod non ē niſi ignis.
Dicit iracūdus ꝑ corpꝰ xp̄i ⁊c̄. ego vindicabo
⁊c̄. Sed iſte ignis extinguiť aqua remiſſiõis. et
patiētie remittēdo vt deus vobis remittat pec=
cata. Septimo fit rubiginoſuʒ ex peccato acci=
die. qꝛ ſicut domus in quo nõ inhabitať ꝑ ſe de
ſtruitur. Ita ꝑſona que ꝑdit tempus. Sʒ deus
bonus argentariꝰ reꝑat. Ecce quare deus vult
ꝯuerſionē penitētialem. Autoritas. Nūq̄d vo=
luntatis mee mors ē impij dicit dñs. ⁊ nõ vt cõ/
uertať a vitijs ſuis ⁊ viuat. Ezech. xviij. ¶ No/
ta vt ꝯuertatur. ſicut tenet dum eſt i peccato fa
ciem ad peccata. ꝙ conuertat dorſum ad pecca
ta. ⁊ faciē ad deuʒ. Et iſta eſt volūtas dei bona
Aplš. hoc bonum ⁊ acceptū eſt coraʒ ſaluatore
noſtro deo. q̄ omnes homies vult ſaluos fieri.
⁊ ad cognitionē veritatis ꝑuenire. j. Timot. ij.
¶ Nota q̄ vult oīes ſaluos fieri. Sʒ diceres. q̄=
re non fit. Rñſio. quia tu non vis exire ⁊ recede
re de peccatis. Et lʒ deꝰ velit omnes ſaluos fieri
tñ non cogit liberū arbitriū Jdo infideles ⁊ ma
li xp̄iani indurati in peccatis nolūt ſaluari. ⁊ ad
cognitionē veritatꝭ venire. hoc tangit infideles
qꝛ ſi debent ſaluari ꝑmo habēt venire ad cogni=
tionē veritatis Ecce q̄re dicit thema. Qui facit
voluntatē ⁊c̄. ¶ Scd̄o dico ꝙ vult deus a nobis
durationē ꝟtualem. cum diciť. volūtas dei be/
neplacens. Poſtq̄ homo eſt cõuerſus ad deuʒ
debet ꝑſeuerare ⁊ durare ꝟtualiter. Anteq̄ ho
mo eligat bonum modum viuendi. debet bñ co
gitare reſpicere ⁊ videre qualis modus bene vi
uendi erit ſibi melior ⁊ vtilior. vt poſſet ſaluare
animā ſuā. Si ad hoc non ſufficit intellectꝰ pro/
prius. petere cõſilium a ꝑſonis diſcretis ⁊ ſapi/
entibus. ⁊ poſtq̄ elegerit ſtatuʒ. mori in illo ſta
tu electo debet ⁊ durare. Sʒ pleriq̄ cõuerſi. de
incõſtantia et ſtatus mutatione temptať. vt ptʒ
ꝑmo de religioſis Dicūt carthuſienſes. quid fa
cio. ego modo ſolum ꝓficio mihi ipſi? Nunquid
eſſet melius ꝑ̄dicare ⁊c̄? Ecce temptatio diabo
lica. Debent dicere. verū eſt. bonuʒ eſt ꝑ̄dicare
ſed ego elegi iſtum modum. Jdo in iſta religio=
ne volo mori. Item dicunt mendicātes. quia or
do non dat mihi veſtimentū ſed ſolū victū ⁊ de
biliť. ideo oportet me habere familiaritates ⁊c̄.
Nunq̄d eſſet mihi melius vt eſſem carthuſienſ
⁊ ſic cor non quieſcit. Ideo nunq̄ tales habent
deuotionē Item dicunt clerici. tu habes tenere
mulierē. vt ſeruiat tibi ⁊c̄. et occaſio eſt peccādi
Jdo ſi eſſes religioſus non oporteret ⁊c̄. Itē tē=
ptat laicos de ciuitatibꝰ vt vadant extra vt poſ
ſent bene viuere. Illos q̄ ſunt extra vt veniant
ad ciuitatē ⁊c̄. et ſic diabolus tēptat intantuʒ ꝙ
pauci ſūt q̄ poſſunt viuere quieti ⁊ pacifici Jdo
reformare ſe debet homo ⁊ durare virtualiter.
qꝛ ita vult deus. Autoritas Legitur Joh. vlt.
ꝙ beatus petrus interrogauit xp̄m de iohe euā
geliſta dicēs: Damie hic autē quid Reſpondit
xp̄s. Sic eum volo manere donec veniā. Joh.
vlt. Figurabať hoc qđ dixit. ſcʒ duratio ꝟtua=
lis. qꝛ Joh. interꝑ̄tatur gratia vel in quo ē gra=
tia. Vult deꝰ ꝙ illi q̄ ſunt in gratia durent ⁊ ꝑſe
uerent: Sic eū volo manere. dñe et ꝑ q̄ntum tē/
poris ꝑ annū vel ꝑ annos. Rñdit. donec veniā
ſcʒ in morte. Ecce duratio ꝟtualis ¶ Nota hex
emplū de beato benedicto: ad quem venit q̄daʒ
canonicus regularis. audita eius fama ⁊ ſue re
ligionis. petens vt ipm̄ recipet in ſuo ordine. qꝛ
ordo ſuus erat nimis laxus ⁊c̄. Rñdit beatꝰ be=
nedictus dicens. Religio beati Auguſtini ē ita
bona vt mea. ideo nõ mutetis vos. Canonicus
vero indignatꝰ cogitans forte ꝙ beatus benedi
ctus haberet ꝓ gratia ꝙ ipe vellet ſuam religio
nem intrare. Rñdens. quare ergo in tuis libris
tu laudas ꝑfectionem vite ſi non vis me recipe
re. Et benedictꝰ. Ego laudo ꝑfectionem vite. ſꝫ
non laudo mutationē ſtatus. Jdo aplus. Vnuſ
quiſq̄ maneat in vocatione i qua vocatus ē. ita
vult deus. Jdo dixit dauid poſtq̄ fuit ꝯuerſus
ad deum Domine in volūtate tua ꝑ̄ſtitiſti deco
ri meo. ſcʒ ſtatui vel vite ſpirituali virtutem vel

fortitudinē.pſ̄.xxix. Iſta eſt volūtas dei bene=
cens. Dauid. Beneplacitū eſt dn̄o ſup timenti=
bus eum. ⁊ in eis q̄ ſperāt ſup miſcd̄ia eius. pſ̄.
cxlvj. ¶ Nota ſup timētes eum. ſcʒ q̄ timent mu
tare ſtatuʒ. qꝛ ſicut arboꝛ q̄ trāſplantaᵗ moritur
vel eſt ſaltē timoꝛ de eius morte. Ita de pſona q̄
mutat ſtatum. ¶ Dico tertio ꝙ vult deꝰ a nobis
ſaluationē celeſtialē. Ecce ordinē. Primo vult
ꝯuerſionem. Scd̄o durationē. Tertio ſaluatio
nem. qꝛ ad iſtū finē creauit nos. Cuiuſlibet agē/
tis intentio eſt ducere opus ſuū ad finem ꝓpter
quē opatur. Ita xp̄s de ſe dicit. venit filius ſcʒ
homīs ſaluare qd̄ perierat. Mat. xviij. Perijt
homo in hoc mūdo in quo poſuit nos deus. ſed
deus in carnē venit oſtēdens nobis viā paradi
ſi dicēs; Hec ē via. ambulate in ea. ⁊ nō decline=
tis neqꝫ ad dextrā neqꝫ ad ſiniſtrā. Eſa. xxx. O
dicūt gentes. ſi ego irem ꝑ iſtā viam non eſſem
diues. Id̄o faciunt vſuras furta rapinas. et ſic
de alijs peccatis Ecce q̄liter pereūt ꝯtra dei vo
luntatē. q̄ non vult cogere liberū arbitriū. Id̄o
xp̄s. ſic non eſt voluntas ante patrē veſtrū q̄ in
celis ē. vt pereat vnꝰ de puſillis iſtis. Matth.
xviij. Vult ergo deꝰ ſaluationē celeſtialē. ⁊ iſta
eſt volūtas dei pfecta q̄ ducit ad paradiſū. qui
cepit in vobis opus bonuʒ pficiet vſqꝫ ad diem
xp̄i ih̄u ſcʒ in morte. qn̄ recipiet animā de corpo
re. ad Philip. j.

¶ De eadem dn̄ica ſermo q̄ntus.

FRatres debito=
res ſumus. Verbū iſtud habeᵗ origi
naliter. ad Roma. ca. viij. ⁊ recitati/
ue in ep̄la currentis dn̄ice. Pro declaratiōe hu
ius vbi optet declarare de q̄ ſumꝰ debitores et
q̄bꝰ. Pro cuius declaratione recordoꝛ de q̄daʒ
doctrina ph̄i in libro poſterioꝝ. ꝙ demōſtratio
potiſſima eſt qn̄ p diffinitionē eſſentialē rei ꝓbā
tur ⁊ cognoſcūᵗ ꝓpria eiꝰ. ergo ad ſciendū ꝯdi=
tiones et ꝓprietates hoīs ⁊ ad q̄d teneᵗ. videa=
mus diffinitionē hoīs. de q̄ inueni duas diffini/
tiones. Prima poꝛ. ſʒ defectuoſa. ſcd̄a eſt theo/
logie. Prima eſt aīal rōnale mortale. ⁊ iſta ha=
bet tres defectus. Primo deficit ſibi vniuerſali
tas. qꝛ diffinitio debet cōpetere oībꝰ ſuis ſuppo=
ſitis. ſ; iſta nō ꝯuenit xp̄o nec v̓gini marie. ⁊ ſm̄
opiniones magiſtroꝝ doctoꝝ etiā nō ꝯuenit be
ato Iohi euāgeliſte. qꝛ dicunt aliqui doctores
eum eſſe in celo cuʒ corpore ⁊ aīa ⁊c̄. Scd̄s defe
ctus eſt. qꝛ iſta diffinitio nullā facit mentionē ni
ſi de cauſa materiali ⁊ formali. ſed de cauſa effe
ctiua ipſius hoīs nihil dicit q̄ eſt deꝰ. qꝛ ph̄i non
intellexerūt creationeʒ. imo dixerūt ꝙ ex nihilo
nihil fit. Tertiꝰ defectus ē. qꝛ nō facit mentionē
de cauſa finali ipſius homīs. ſcʒ de beatitudine.
nec miruʒ. qꝛ cognitio ph̄oꝝ non tm̄ aſcendit. lʒ
eorum cognitio aſcēderet vſqꝫ ad nonū celum.
qꝛ vocauerunt p̄mum mobile. tamē ad celuʒ qd̄
eſt locus beatitudinis non ptingerūt. tamē ph̄i
credebāt ſe demōſtrare Sed diffinitio bona ⁊ ſi
ne defectu eſt theologoꝝ. dicēs. homo ē creatu
ra rationalis ad beatitudineʒ ordinata. In h̄ ꝙ
dicit homo eſt creatura. facit mētionē de cauſa
effectiua. qꝛ homo eſt effectꝰ dei. qꝛ creatura eſt
effectus creatoris. ⁊ ꝯuenit cum ſcriptura. Sci=
tote qm̄ dn̄s ipſe eſt deus. ipſe fecit nos ⁊ nō ipſi
nos. pſ̄. xcix. In hoc ꝙ dicit rationalis oſtēdit
cauſam formaleʒ. ⁊ differt ab angelo. qꝛ angelꝰ
non rationalis ſed intellectualis. Rationalis ē.
qꝛ p diſcurſū accipit cognitionē de rebꝰ ſcʒ p no
ta ꝯuenit ad cognoſcendū ignota. ſed angelꝰ ſi/
ne diſcurſu ſimul intelligit. patet ꝙ hic defecit.
Porphi. qm̄ dixit. ſumꝰ rationales nos vt dij. ſ;
mortale additum nob̄ ſepat nos ab illis. Cauſa
materialis etiā pōt addi in diffinitione Cauſa fi
nalis tangiᵗ cum diciᵗ ad beatitudinē ordinata
Ex iſta diffinitiōe ego facio fundamētū. qꝛ hō ē
creatura dei. ideo obligaᵗ ſuo creatori ī aliquo.
Item qꝛ ē rationalis. ⁊ p ꝯſequēs ꝓximo ſocia=
lis. ideo in aliquo teneᵗ ꝓximo. Itē qꝛ ad beati
tudinē ordinaᵗ tenetur ſibimet in aliquo. ſcʒ vt
ſe p̄pararet ad illam. Ergo fratres debitores ſu
mus. ſcʒ deo ꝓximo ⁊ nobiſmetipſis.

¶ Primo debemꝰ deo honorē p̄ncipalē.

¶ Scd̄o debemꝰ ꝓximo dilectionē fraternaleʒ

¶ Tertio debemꝰ nobiſmetipſis rigorē pnialeʒ.

Dico p̄mo ꝙ debemus deo ⁊c̄. dicit ph̄s ꝙ ho/
noꝛ eſt exhibitio reuerentie in teſtimoniū virtu
tis. p̄mo ethicoꝝ. verbi gratia. quādo homo vi
det honorabilē pſonaʒ cogitat ꝙ eſt virtuoſa ⁊
excellens in aliquo. ideo fit ſibi reuerentia. Iſta
reuerentia exhibeᵗ alicui pſone ꝓpter aliquam
quattuoꝛ cauſaꝝ. ſcilicet vel ꝓpter potentiā. vl̓
ꝓpter ſcientiā. vel ꝓpter vtilitatē. vel ꝓpter ſā
ctitatem ¶ Propter potentiā honoranᵗ non ſo=
lum impatores reges ⁊c̄. ſed etiā officiales in te
ſtimoniū v̓tutis potētie. ꝓpter hoc p̄cepit apo=
ſtolus ſ̓uitoribus. vt domios ſuos honorēt ⁊c̄.
di. Quicūqꝫ ſunt ſub iugo ſerui dn̄os ſuos om̄i
honore dignos arbitrenᵗ. ne nomē dn̄i ⁊ doctri
na blaſphemeᵗ. j. Timoꝛ. vj. Nota omni hono
re non hypdulie nec latrie. que ſoli deo cōpetit.
ſ; omni honore ſcʒ cordis non deſpiciēdo. ⁊ oris
reuerētialiter loquēdo. ⁊ operis humiliter obe
diendo ¶ Secūdo aliqui honoranᵗ ꝓpter ſcien
tiam. lʒ paup ſit ſi habet ſcientiā acquiſitā vl̓ in
fuſam dignus eſt honore Id̄o p̄cepit deꝰ hono
rare ſenes. Rationē aſſignat Iob. xij. quia ī an
tiquis eſt ſapientia. ſcʒ vt cōmuniꝰ. ⁊ in mlto tē
pore prudētia. Id̄o p̄cepit deus. corā cano capi
te cōſurge. ⁊ honora pſonam ſenis. Leuiᵗ. xix.
¶ Tertio ꝓpter vtilitatē qn̄ aliqua pſona eſt ali
cui vtilis ⁊ benefica. talis pſona honoratur ab
alia. Iſta rōne fit honoꝛ medicis. qꝛ ſunt vtiles

⁊ neceſſarij Eccl. xxxviij. Honora medicũ ꝓpꝫ neceſſitatem. id ē. vtilitatē. Iſta eadem ratione p̄cepit deus vt filij honorēt parentes ꝓpter vtilitatem quã ab eis habuerũt ⁊ etiã ſpectãt. Honora patrem tuum ⁊ matrē tuam. qđ mandatuꝫ eſt p̄mũ in ꝓmiſſione vt bene ſit tibi ⁊ ſis lõgeuꝰ ſuper terraꝫ. Eph. vj. ¶ Quarto ꝓpter ſanctitatem. qꝛ lꝫ pſona non ſit potēs nec ſciens. nec vtilis. tamē ꝓpter ſanctitatē honoraꝫ. Iſta ratiõe deus p̄cepit honorare ꝓximos. qꝛ quilibet debet p̄ſumere de ꝓximo ꝙ eſt bonꝰ ⁊ ſanctꝰ Idõ vult ꝙ honoremꝰ nos honore inuicē p̄uenientes Roma. xij. Nota ꝙ p̄uenientes. qꝛ quilibet debet p̄uenire. Idõ. j. Pet. ij. Omĩes honorate. ⁊ apl̾us dicit modũ. ſcꝫ inuicē p̄uenientes Roma. xij. Nota p̄uenientes. qꝛ quilibet debet p̄uenire honorãdo aliũ. qꝛ ille q̄ incipit honorare aliũ lucreꝫ meritũ Iſtis q̃ttuoꝛ rationibꝰ honorãꝫ pſone. nec ſunt alie cauſe. et ſi ſint ruducũꝫ ad iſtas q̃ttuoꝛ cauſas His etiam q̃ttuoꝛ rationibꝰ debetur deo honoꝛ p̄ncipalis. ¶ Propter potentiam. qꝛ ſi ex potentia reges ⁊ imꝑatores honorantur multomagis deꝰ. quid ſũt reges ⁊ imperatores niſi officiales dei. totam potentiã habēt a deo. ⁊ q̄d eſt papa. vl̾ quid ſunt p̄lati niſi vicarij pape xp̄i. Nõ eſt poteſtas niſi a deo. q̄ a deo ſunt ordinata ſũt. itaqꝫ q̄ reſiſtit poteſtati dei ordinationi reſiſtit. Roma. xiij. Si g̊ ex potentia aliq̄s honoraꝫ. multomagis deꝰ debet honorari. q̄ eſt fons totius potentie a quo oĩs poteſtas eſt diriuata. Iſte honoꝛ p̄ncipalis fit deo ĩ oratione humili ĩ q̄ hõ debet flectere duo genua. dominis t̄palibus ſcꝫ regibꝰ ⁊c̄. ſolum vnũ genu ē flectendũ ſcꝫ ſiniſtrũ. qꝛ ſolum habent dominiũ ſupra corpus. Idõ Mat. x. Nolite timere eos qui occidunt corpꝰ. animã aũt non poſſunt occidere. ſed potius timete eũ qui põt animaꝫ ⁊ corpus ꝑdere in gehennaꝫ. p̄latis debet flectere genu dextrũ. qꝛ habēt potentiã ⁊ p̄lationē ſuꝑ animã. ſed deo q̄ habet dominiũ ſuꝑ corpꝰ ⁊ aĩam. duo genua debēt flecti. Idõ qñ adoratis corpꝰ xp̄i vel oratis flectitis duo genua. In memetipſo iuraui. egrediꝫ de ore meo iuſticie verbuꝫ et nõ reuerteꝫ. qꝛ mihi curuabiꝫ omne genu. Eſa. xlv. ſcꝫ dextrũ ⁊ ſiniſtrũ Roma. xiiij. Viuo ego dic̄ dñs. qꝛ mihi flecteꝫ omne genu. et oĩs ligua ꝯfitebitur deo. Nota ꝯfitebitur oĩs lingua. ſed quõ cum non habeas niſi vnã linguã itelligitur hoc. dico ꝙ imo habemꝰ duas linguas. corꝑis ſcꝫ ⁊ anime. lingua corporis homo loquiꝫ de in oratione. lingua aĩe loquiꝫ deo in cõtemplatiõe qꝛ ꝯtemplaꝫ corde qđ dicit ore. lingua anime ē ſilis lingue angeloꝝ q̄ ꝯtemplãdo loquũtur De iſta duplici lingua dicit apl̾us. Linguis hoĩuꝫ loquar ⁊ angeloꝝ. j. Cor. xiij. Honoꝛ principalis fit deo duobꝰ genibus ⁊ duabus linguis. qꝛ al̾s ſi lingua corporis loq̄ꝫ deo: ⁊ lingua aĩe co/

q̄nario ⁊c̄. nihil vel parũ valet oratio. ꝓtꝫ etiaꝫ h̄ defectꝰ illoꝝ q̄ qñ pulſaꝫ cãpana ꝓ corꝑe xp̄i vel Aue maria. nõ curant nec flectũt genua nec orãt. qꝛ oēs debēt flectere genua et orare duabꝰ linguis ⁊c̄. ex iſta autoritate viuo ego dic̄ dñs mihi curuabiꝫ omne genu ⁊c̄. ¶ Scđo debemus deo honorē p̄ncipaleꝫ ꝓpter ſcientiã. qꝛ aliquis ꝓpter ſcientiaꝫ eſt honorãdus. vt ꝓbaui. multo plus deus qui eſt fons ſcientie infinite. Nã ſciētia noſtra reſpectu ſcientie dei ſtulticia eſt. Sciētia huiꝰ mundi ſtulticia eſt apud deũ. vt dicit apl̾s. Etiam noctua credit ſe hr̄e bonos oculos ꝫ nos reputamus eam cecã Ita qui ſe exiſtimat aliquid ſcire. nõdũ cognouit quõ opoꝛteat eum ſcire. j. Cor. viij. Ideo dicit apl̾s de ph̄is q̄ credebant ſe ſcire. dicentes ſe eſſe ſapiētes ſtulti facti ſunt. Roma. j. Ideo ſocrates optimꝰ ph̄oꝝ interrogatus de ſcientia ſua. Rñdit. vnum ſcio ꝙ nihil ſcio. ſed deus q̄ eſt claritas eterna ⁊ ſciētia infinita. eſt omnia ſciens ⁊ ꝓſpiciens. Quia om̄ia nuda ⁊ aperta ſunt oculis eius. Heb. iiij. quia corda ⁊ cogitationes ⁊ verba etiaꝫ ſecreta ꝓlata ⁊ omnia p̄ſentia ⁊ futura omnia ſcit ⁊ nuda ⁊ apta ſunt oculis eius. Si ergo ꝓpter ſcientiam debetur honoꝛ alicui homini multomagis deo ex quo omnia ſunt nuda. Nota ꝙ in corporis xp̄i adoratiõe homo denudare debet caput ſuũ. etiam religioſus vel clericus quando ĩ choro dicit antiphonã vel reſponſoriũ ⁊ ſimilia debet caput ſuũ denudare q̃tũcunqꝫ vigeat frigꝰ. Mulieres maritate ſeu vidue ſemꝑ in oratiõe caput debent habere velatuꝫ. ſecus de v̾ginibꝰ iſta ē doctrina pauli. j. Cor. xj. Om̄is vir orãs aut ꝓphetãs velato capite deturpat caput ſuũ ſcꝫ chriſtũ Omnis autē mulier orans vel ꝓphetans non velato capite deturpat caput ſuuꝫ. patet h̄ culpa ⁊ negligentia et irreuerentia illoꝝ q̄ in oratione ſeu corporis xp̄i adoratione non denudant caput ſuum. ſed ſi habēt loqui pape vel regi ſeu magiſtro ſciunt diſcoperire caput ⁊c̄. ¶ Tertio honoraꝫ aliquis ꝓpter vtilitatē. quia ex quo recipit beneficia ab aliquo niſi ſit ingratꝰ honorat bn̄factorē: a quo habuit vel ſpectat habere vtilitatē vel ꝓficuũ. Iſta ratiõe iuriſte honoranꝫ. Modo videamus quã vtilitatē habemus a deo. declareꝫ hoc ꝑ regulam ph̄i dicētis Rerũ naturaliũ recipiētiũ peregrinas formas: id eſt. extraneas. quedã recipiunt ꝑmanenter q̄dam ſolũ in p̄ſentia agētis. vbi gratia. de aqua que de natura ſua eſt frigida. que recipit calorē que eſt ſibi forma extranea. tamen retinet illud ꝑ magnũ tēpus Idem de candela cui lumen eſt forma peregrina. tamen recipit ꝑmanenter. ſed aer neſcit retinere formã peregrinã niſi in p̄ſentia agentis. quia q̃diu corpus luminoſum eſt ſibi p̄ſens illuminaꝫ. qđ ſi abeſt ſtatim ꝑdit lumē Ideꝫ de ſpeculo qđ neſcit retinere imaginē niſi

in ꝑſentia agẽtis. Modo quicq̄d nos habemꝰ
recipimus a deo ⁊ ꝑfectiões ⁊ bona q̄ recipimꝰ
ſunt nobis vt forme peregrine. Jdõ aplš Quid
habes qđ nõ accepiſti. ſi autẽ accepiſti: q̄d glo
riaris q̄ſi nõ acceperis .j. Corĩ .iiij. Nec recipimꝰ
ꝑmanẽt ſ; ſolũ in ꝑſentia agẽtis. q2 ſine eo nihil
poſſumꝰ retinere. ideo ſicut dedit ſic cõtinue in/
fluit ꝯſeruando. aliť ſi ꝑ inſtãs amoueret a nob
ſuã ꝑſentiã totũ annihilareť. Per cõtinuũ ergo
influxũ eiꝰ retinemꝰ bona q̄ ab eo recipimꝰ. Si
ergo ꝓpter vtilitatẽ habitã vel habendã aliq̄s
deberet honorari. Multo magis ex iſta ratiõe
debemꝰ deũ honorare ꝑ̄ncipaliter. honor quẽ
ſibi debemꝰ ex iſta rõne. in hoc ꝯſiſtit. ꝙ in orati
one nõ ſolũ flectimꝰ genua. ſed ꝓſtramꝰ nos ad
terrã. ⁊ iſtũ modũ ſuat eccľia in die veneris ſan
cta maxime vbi innuiť ꝙ nos ſumꝰ ð terra. ⁊ ꝙ
nihil habemꝰ a nobiſmetipĩs. ſed ꝙ ab ipſo ha=
bemꝰ oĩa. Ergo venite adoremꝰ ⁊ ꝓcidamꝰ ante
deũ. q2 ipẽ fecit nos. q2 ipe ẽ dñs deꝰ noſter. pš.
xciiij. Quarto honorať aliq̄s nõ potentia nec
ſcientia nec vtilitate. ſ; ſanctitate vt dixi. ꝓpter
hoc debemꝰ deũ honorare ꝑ̄ncipaliter. q̄ eſt ſan
ctitas a q̄ oĩs ſanctitas depẽdet. Eſa. xl. Omes
gentes ſcz in ꝯſpectu dei q̄ſi ſtilla ſitule reputa/
te ſũt. Sic ſitula deſcẽdit in puteũ ad hauriẽdũ
aquã ⁊ aſcendit ſtillãdo. Sic xp̄s deſcẽdit ĩ pu/
teum vteri ꝟginalis ⁊ in ſitula humanitatis hau
ſit aquã ſanctitatis ⁊ de eo ſtillãt gutte. quia pe
trus ⁊ paulꝰ dicũť ſancti et alij. quia vna gutta
iſtiꝰ xp̄i ſitule ſtillauit in petro ⁊ alia in paulo. ⁊
ſic de alijs. Si ğ vni hoĩ q̄ nõ habet niſi vnã ſan
ctitatis guttã debemꝰ honorẽ. multo plus deo
in q̄ eſt oĩs bonitas ⁊ ſanctitas. Jdõ Mat. xix.
quidã doctor dixit xp̄o. Magiſter bone quid
boni faciã vt habeã vitã eternã. Xp̄s rep̄hẽdẽs
eũ rñdit: Quid me dicis bonũ. nemo bonꝰ niſi
ſolꝰ deꝰ. Sz dicẽs. nõne xp̄s erat deus. q̄re ergo
rep̄hendit eũ? Dicendũ ꝙ ille doctor credebat
xp̄m ſolũ hoĩem bonũ ⁊ ſanctũ. ſ; non credebat
ipm eẽ deũ. Jdõ xp̄s innuens ꝙ nullꝰ aliꝰ a deo
ẽ ꝑfecte bonꝰ nec ſanctꝰ dixit. Nemo bonꝰ ſim/
pliciter niſi ſolꝰ deꝰ. oẽs alij ſũt boni ⁊ ſancti ꝑti
cipatiue. ð h vide .b. Tho. j. pte. q. vj. Sicut er
go ille q̄ eſt albꝰ ſm dentes nõ dr albꝰ ſimpliciť
Jta nec nos vna ꝟtute ſumꝰ dicẽdi boni ſimpli
citer. nec vna gutta ſanctitatis ſancti eſſentialiť
verbi gratia. ſi habetis ꝟtutẽ caſtitatis vel hu/
militatis eſtis albꝰ ſm dentes. ſcilz eſtis bonus
ſm illam ꝟtutẽ. ſed non ſimpliciter. q2 ſi ex pri
ma pte eſtis caſta. ex alia eſtis ſupba. Jteȝ ſi ex
vna pte eſtis humilis. ex alia pte eſtis luxurio=
ſus. Ecce quare xp̄s dixit: Nemo bonus ſuple
ſimpliciter ⁊ eſſentialiter: niſi ſolꝰ deꝰ. ¶ Honor
quem xp̄o debemꝰ ex hoc eſt ꝙ debemꝰ ſibi ĩcli=
nari a cingulo vſq̄ ſuperiꝰ. quaſi dicendo. vos
domine inclinaſtis vos ꝓ nobis. ideo vt vobis
aſſimilemur inclinamꝰ. Jdeo Eph. v. xp̄s dixit
Jmitatores dei eſtote ſicut filij chariſſimi. Si er
go aliquis debet honorari ex potentia vel ſcien
tia vel vtilitate ſeu ſanctitate. ꝑ̄cipue ⁊ ſup oẽs
debet honorari deus. Ergo in omnibꝰ honorifi
cetur deus ꝑ ihm xp̄m dominũ noſtrũ cui ẽ glo
ria ⁊ imperiũ in ſecula ſeculoꝝ amen. j. Pet. iiij
Ergo fratres debitores ſumus. ¶ Dico ſcđo ꝙ
debemꝰ ꝓximo dilectionẽ fraternalẽ. quia ſumꝰ
rationales ⁊ habemꝰ conuiuere ſcz ad inuicem.
Jdeo debemus nos inuicẽ diligere. dilectio enĩ
debitũ ẽ. Et ſicut ille qui debet alteri pecunias
vel alia bona. qui nõ vult ſoluere damnať. Jdẽ
qui nõ vult ſoluere ꝓximo debitum dilectiõis
cordialis damnať. Sed hodie iſtud debitũ ma=
le ſoluitur. quot ꝓh dolor ſunt odia ⁊ deſideria
vindicte in mũdo. Jdõ apoſtolꝰ. Fratres nemi
ni quicq̄ debeatis niſi vt inuicẽ diligatis. Ro/
ma. xiij. Nota. nemini quicq̄ debeatis ſcilz cor
porale. Duplex ẽ debitũ. ſcz corporale ⁊ cordia
le. ⁊ differũt. q2 ſoluto debito corporali vť pecu
niali homo eſt liber a debito. ſed de debito cor/
diali qđ debet ſolui quãto plus ſoluiť tanto plꝰ
tenetur homo ſoluere. quia quãto plus ſoluiť.
ille qui ſoluit efficitur ſanctior. ⁊ quãto ꝑſona ẽ
ſanctior tãto plus teneť ꝓximũ diligere. Jſtud
debitum dilectionis in hic vita ⁊ etiã in alia ſol
uitur. quia ſancti diligunt ſe mutuo. Unde diť
Augꝰ ꝙ ꝑ̄ceptũ de dilectione in hac vita incho
atur ⁊ ĩ alia impletur. Jſtud ꝑ̄ceptum debet ſol
ui ex corde ex ore ⁊ opere. Corde ſoluiť iſto mo=
do. quia ſi ꝓximus ſit male vite debemus deſi/
derare ſuam conuerſionem ⁊ orare vt exuat pec
cata ⁊c̄. Jtem quãdo eſt in bona vita debemus
ipſum diligere et ꝓ eo orare vt in ea cõſeruetur
a malis ⁊ periculis. Ore ſoluitur ſalutãdo ad in
uicem. quia dilectio cordis ore oſtenditur. quia
etiam ſi homo diligit ꝓximũ corde ſed nõ vult
loqui ſibi talis dilectio defectũ habet. ¶ Jn iſto
defectu ſunt mulieres que nolunt loqui dicẽdo
Jpa dixit mihi iniurias ⁊c̄. Opere ſoluiť ſerui=
endo ⁊ ſubueniẽdo ad inuicẽ. Jdõ dicit. j. Joh.
iij. Filioli mei nõ diligamus verbo neq̄ lingua
ſuple tm̄. ſed opere ⁊ veritate. Nota nõ diliga/
mus verbo. verbum ꝓprie eſt cõceptus mentis
ideo ſignificat dilectionem cordis que non ſolũ
corde vel lingua eſt ſoluenda. ſed etiam opere.
¶ Dico tertio ꝙ debemus nobiſmetipĩs rigorẽ
penitẽtialẽ. quia ad beatitudinẽ ſumus ordina=
ti. hinc eſt ꝙ neceſſariũ eſt vt paremus nos per
penitentiã. non debemus viuere ſm carnis ĩcli
nationem vel ſenſualitatẽ. Jdõ apoſtolꝰ poſtq̄
dixit. fratres debitores ſumus non carni vt ſm
carnem viuamꝰ. Si enĩ ſm carnẽ vixeritis mo/
riemini. Si autẽ ſpiritu facta carnis mortifica=
ueritis viuetis. Nota ꝙ penitẽtia eſt duplex ſcz
eligenda et infligenda. ¶ Prima eſt voluntaria

quando ſcilicet homo eligit ſibi certas oratiões
cilicium vel huiuſmodi. ⁊ ſi diſcrete illam conti
nuat multum placet deo talis penitẽtia Alia pe
nitentia eſt inflicta vt infirmitas et pauptas ad
uerſitas. ⁊ ſimilia. bona penitẽtia eſt. ſi ſumatur
cum ſalſa penitẽtie quaſi dicẽdo deo. Domine
ego recipio iſtaȝ penitentiã. qꝛ peccata mea hoc
bene meruerũt ⁊c. Jdõ vos vt cõfeſſoꝛ dediſtis
mihi iſtam penitentiã. ⁊ ego recipio libẽter ⁊ pa
tiẽter. Jdõ Luc. xxj. Jn patientia veſtra poſſi/
debitis animas veſtras.

¶ Sermo ſextus de eadem dñica.

Teſtimoniuȝ red
dit ſpiritui noſtro ꝙ ſumꝰ filij dei. ad
Roma. viij. ca. Thema dat mihi mo
tiuũ ꝙ ꝑdicem ꝺ filiatione quã habemus a ihũ
chꝛiſto ꝑ gratiã. ſcȝ quomodo ſumus filij dei ⁊ i
quo cognoſcitᷣ iſta filiatio Sed pᷣmo ſaluteᷣ vir
go maria. reſumatᷣ thema. Queſtio ẽ multũ bo
na in theologia. an aliquis de ſe vel de alio poſ/
ſit cognoſcere certitudinaliter ꝙ ſit filius dei ꝑ
gratiam. Rñſio ſtat in cõcluſionibus duabus.
Pꝛima ꝙ per cauſaȝ ſciẽtialiter non poteſt ſciri
Secũdo ꝙ ꝑ effectus cõiecturaliter põt ſciri Ec
ce due ꝯcluſiões. vna affirmatiua alia negatiua
De pᷣma ꝯcluſione que dicit ꝙ ꝑ cauſaȝ ſcientia
liter non poteſt ſciri Ratio eſt. qꝛ cauſa ⁊ princi
pium filiationis ihũ xpĩ eſt voluntas diuina. et
cum iſta non poſſit ſciri niſi ſpeciali reuelatione
igitᷣ. Sȝ bene cõiecturaliter. ſᷣm ꝙ dicit ſcđa cõ=
cluſio. quãdo homo in creatura videt effectus q̃
non venerunt niſi ꝑ diuinã gratiam. tunc homo
de ſe vel de alio poteſt cõiecturari ꝙ eſt filꝰ dei
ꝑ gratiaȝ Declaretur hoc ſicut ꝺ arboꝛe ſi fieret
queſtio iſta. arboꝛ viuit vel non. opoꝛtet reſpon
dere ꝑ diſtinctionẽ. ſcȝ ꝙ per cauſaȝ non poteſt
ſciri. quia cauſa ⁊ pᷣncipinm arboꝛis vite eſt ra/
dix que eſt ignota ⁊c. Sȝ poteſt ſciri ꝑ effectus.
quãdo arboꝛ floꝛet ⁊ ꝓducit folia fructus ſcitur
ꝙ viuit. Jta i ꝓpoſito. Cogitate ꝙ om̃es ſumꝰ
⁊ cogitat vlteriꝰ lites ⁊ iniurias ⁊ diffamatiōes
⁊ blaſphemationes nois dominiſ ⁊ ſanctoꝝ: qs
oꝛe miſero ꝓtulit. ⁊ vlteriꝰ ꝓcedens cogitat fur
ta. vſuras. ⁊ fraudes. cōmeſſatiōes. ebꝛietates.
⁊ luxurias in qbus vixit. ⁊ finaliter tꝑs dolēter
cōſiderat. qď ꝑ accidiā ſuam ꝑdidit. ⁊ breuit᷑ ſū
marie cogitat: ꝙ nihil boni fecit. ⁊ cogitat exin=
de ⁊ cōſequenter ꝙ ſi in tali ſtatu decedat dāna
tus erit in aīa. ⁊ cōſequenter poſt diem iudicij i
coꝛpoꝛe ⁊ aīa Hec omnia bene cogitans ⁊ reuol
uens intra ſe exclamat dicenſ. O miſer q̄d facis
⁊ q̄d cogitas. quare non auiſas te vt te emēdes
al's tu perditus es. O qualis ſtimulus. O q̄lis
punctura ſpinarū. Antea pūctura non ita ꝯtur
bauit eum ſicut iſta. Qď patet per experientiaz
i lachꝛymis. Nūqꝫ punctura calcaris fecit ita ci
to currere equū: ſicut aliquādo iſta pūctura pec
catoꝛem fecit cito relinquere peccatuz. De quo
habemus exemplum Actuū. ix. de beato paulo
qui plus ꝙ̄ ceteri iudei erat feruens in perſecu=
tione chꝛiſtianoꝝ. Sed ſubito circūfulſit eū lux
de celo. ⁊ cecidit in terram. ⁊ ſtatim cōtinue ha=
buit cognitionē magnitudinis ſui peccati Et ta
liter fuit tactus. ſcz ſtimulo remoꝛſus cōſciētie.
ꝙ ſtetit tribus diebus ⁊ tribus noctibus nō mā
ducans: neqꝫ bibens. ſed inceſſabiliter ploꝛans
gemēs ⁊ oꝛās deū vt ſibi parceret ⁊ indulgeret
ſua peccata. lz iam pepciſſet. Et q̄d ſignificabat
illa lux coꝛpoꝛalis q̄ circūfulſit eū. ꝓfecto ſigni/
ficabat lumen ſpūale inſpirationis diuine. q̄ tali
ter remomoꝛdit eū ⁊ punxit vt ſtatim curreret a
ꝓfundo inferni. vſqꝫ ad tertiuz celum. in q̄ fuit
raptus. ⁊ de ſtatu peccati ad ſtatuz gratie. et de
eſſe multū longe et diſtante a deo. ad eſſe multū
ꝓpe ad deum. Ecce mirabilis pūctura. et valde
pungēs aculeus. de quo ibidem dicit᷑. Durum
eſt tibi contra ſtimulum recalcitrare. Et nota
bene durū. Nam vt ait doctoꝛ ſāctus hic inſtin
ctus quandoqꝫ non ꝑtingit ad finem ſuum. Nō
ex defectu ſui. ſed ex obſtinatiōe pctōꝛis. qui re=
bellis eſt ⁊ inobediens: q̄ ꝓpter quācunqꝫ inſpi
rationē quā imittit ei deꝰ non vult dimittē pctā
ſua. ⁊ aliquotiēs aliq̄ pluries pūgūt᷑. q̄ tm̄ inſtin
ctum dei ⁊ ſpūſſancti nō ſequūt᷑. qď eſt magnuz
ſignum repꝛobationis Et tales grauius peccāt
ꝙ̄ alij q̄ nō habēt tales inſpiratiōes vl' nō tot. et
ideo grauius puniunt᷑. qꝛ ſi peccant qui faciunt

aliquod bonum. cum remorſu cõſcientie erran/
tis. a fortiori illi peccant faciendo aliquod malũ
cum remorſu conſcientie non errantis. De iſtis
dicitur. dura ceruice ⁊ incircũciſi cordib⁹ ⁊ au=
ribus vos ſemꝑ ſpirituiſancto reſtitiſtis. Act.
vij. Ecce q̃re dicit durũ. verũ hic inſtinct⁹ quan
doq̧ pertingit ad finem ſuum. ſcilicet iuſtificati
onis. vt in illis qui emendanť ⁊ obediunt inſpi=
ratiõi diuine ⁊ tactui diuino De quo tactu ſcri
bitur. j. Regi. x. Abijt cum dauid pars exercit⁹
quorum deus tetigit corda. Dauid interp̃tatur
manu fortis. per quam intelligo hunc ſtimuluꝫ
qui eſt ita fortis: ꝙ conuerti facit peccatorẽ. qđ
eſt difficilius q̃ꝫ celum et terram creare: vt dicit
Auguſtin⁹. de quo vide ſanctũ Thomã pͥma
ſcđe q̃ſtione. c. xiij. de iuſtificatione impij. Et h
ſtimulo punguntur ⁊ ꝓcedunt peccatores quã
do conuertũtur. ⁊ ideo de quolibet tali conuer=
ſo ⁊c. poteſt dici thema ſcilicꝫ Acceſſit ⁊ tetigit
loculuꝫ. ¶ Tertius tactus eſt quando deus qui
ſubſtantia ſpiritualis eſt. tangit nos per afflicti=
onem corporalem. Videns enim deus ꝙ cõuer
ti nolumus nec per inſpirationes. nec per ꝓmiſ
ſiones. nec per minas. nec per exempla. finaliter
ad modum boni patris poſt multas minas fla/
gellat virgis aduerſitatuꝫ. guerrarum. famis et
mortalitatis: que omnia mala ꝓueniunt a deo
p̃ncipaliter. quia vt habetur in Amos. Non eſt
malum in ciuitate. ſupple mundi. ⁊ culpe ⁊ pene
quod non fecerit domin⁹. Si eni habetis guer=
ram. ⁊ aduerſarij depredanť equos veſtros. hoc
malum facit dominus p̃ncipaliter Sꝫ inſtrumẽ
taliter aduerſarij veſtri illud faciunt. Et ſi infe=
ras. ergo nõ peccant. quia executor diuine iuſti
cie iudicis non peccat. quia eſt executor iuſticie
Reſponſio ꝙ peccãt ⁊ non eſt ſimile de tali exe=
cutore iuſticie. quia talis non peccat. quia eſt ei
iniũctum a iudice. Deus autẽ non iniunxit iſtis
vt facerent: licꝫ dederit ſententiã ꝙ paterentur
⁊ eſt ſimile. Si iudex dediſſet ſententiã cõtra ali
quem lotronem qui eſſet adhuc in nemore. ⁊ ali
qui cauſa venandi vel cõſimili poſt ſententiã la=
tam tranſirent per nemus ⁊ reperirent latroneꝫ
in habitu mercatoris. qui cogitantes ꝙ habeat
pecunias occiderẽt eum nihil ſcientes de ſentẽ=
tia iudicis. nũquid illi eum interficientes homi=
cide ſunt. Certe ſic. Sic a ſili eſt in ꝓpoſito. Idẽ
dicẽdum eſt cõſimiliter. Si perdis aliquid ma/
nus domini tetigit me. Job. xix. ¶ Nota eni ꝙ
hec manus habet quinq̧ digitos. ¶ Primus vo
catur pollex. qui virtute eſt ſuper omnes alios
digitos: per quem intelligo potentiã diuinam.
de qua Job. x. Non eſt qui de manu tua poſſit
eruere. Nota ꝙ legitur de quadaꝫ ciuitate ob
ſeſſa que in neceſſitate quadam extrema conſti=
tuta miſit ad quendaꝫ ducem vt eis ſubueniret
Tũc ille dux remiſit nuncios dicẽs. Eſt ne in q̃t
ciuitas veſtra ſuperi⁹ cooperta vt ira dei ſuper
eam deſcendere nequeat quod ſi ita eſt veniã et
defendam vos. ſi nõ. tunc peccata veſtra cõtra
iram dei. ego defendere non audeo. ¶ Secũdus
digitus eſt iudex. per quẽ intelligo diſcretioneꝫ
dei. in punitiõe noſtra. quia nunq̃ꝫ punit nos vl
tra condignum. qđ debet nos retrahere a mur=
mure contra deum. ¶ Tertius digitus eſt medi
us. per quem intelligo benignitatem diuinam.
quia per hanc aduerſitatem recõciliamur deo.
ſi patiẽter tolleremus. De quo pſalmiſta. Fiat
manus tua vt ſaluet me. quoniã mãdata tua ele
gi. Cõcupiui ſalutare tuum domĩe. ⁊ lex tua me
ditatio mea ẽ. Erraui ſicut ouis que perijt. que
re ſeruũ tuum. quia mãdata tua non ſum oblit⁹
pſalmo. cxviij. ¶ Quartus digitus eſt medicus
quia per hãc aduerſitatem habemus medicinã
non ſolum curatiuã peccati ſed ⁊ p̃ſeruatiuam.
Job. v. Increpationem domini ne reprobes.
quia ip̃e vulnerat ⁊ medetur. percutit ⁊ manus
eius ſanabũt. in ſex tribulationib⁹ liberabit te ⁊
in ſeptima non tanget te maluꝫ ¶ Quintus digi
tus eſt auricularis. per quem intelligo exauditi
onem orationũ. Unde pſalmiſta. Oculi omniũ
in te ſperãt domĩe. ⁊ tu das eſcã illorũ in tẽpore
oportuno Aperis tu manũ tuam ⁊ imples omẽ
animal benedictiõe. pſalmo. cxliiij. Et de talib⁹
pſonis noſtrũ põt dici thema. videlicꝫ Acceſſit
⁊ tetigit loculũ ⁊c. Deo grãs.

Dñica decimaſeptima poſt trinitatĩ ſmo pͥm⁹.

OMnis qui ſe ex=
altat humiliabitur. ⁊ qui ſe humiliat
exaltabitur. Verbum iſtud habeť te
xtualiter Luc. xiiij. et recitatiue in euãgelio ho=
dierno. Sermo noſter ĩ p̃ſenti erit de ſãcto euã=
gelio hodierno huius dominice. Et habebim⁹
multas bonas doctrinas ĩtellectuales. ⁊ inſtru=
ctiones multas morales. Sꝫ prius ſaluteť bea/
tiſſima ꝟgo maria ⁊c. et reſumať thema. Omĩs
qui ſe exaltat humiliabiť ⁊c. In ſancto euange
lio hodierno hui⁹ dominice. habem⁹ q̃ttuor do
ctrinas a xp̃o ad informationẽ ⁊ ordinatiõeꝫ to
tius vite noſtre. Uita eni noſtra debet eſſe ordi
nata quadrupliciť. Primo erga ſe. Scđo erga
pauperes. Tertio erga inimicos. Quarto erga
amicos. Iſta quattuor oſtẽdit xp̃s.

¶ Primo ꝙ ſim⁹ ordinati quo ad noſmetip̃os
ꝑ virtutem temperantie.

¶ Secũdo quo ad ꝓximos noſtros ꝑ virtuteꝫ
miſericordie.

¶ Tertio quo ad inimicos noſtros ꝑ virtutem
beniuolentie.

¶ Quarto quo ad amicos noſtros ꝑ virtutem
modeſtie. ſcilꝫ in bonis ⁊ ordinatis moribus et
ꝟbis. ⁊ ſic de omnib⁹ alijs. non ſupbiendo ĩ cõ=
uerſatione. Et de iſto loquiť ꝓpoſitum thema.

Dñica . xvii . poſt trinitatis

Omīs qui ſe exaltat hūillabitur. et q̄ ſe hūiliat
exaltabitur. Dico primo ꝙ ſumꝰ ordinati quo
ad noſmetipſos:per ꝟtutem temperantie. Tūc
eni homo eſt ordinatus in vita ſua:quādo in ci-
bo ⁊ potu ſcit tenere tēperantiā.quando recipit
ſolum neceſſitatē ad ſuſtinendū corpus . vitans
ſupfluitates ⁊ exceſſus.in hoc ſtat virtus tēpe/
rantie. Modo audite iſtā virtutem.quomodo
oſtendit chriſtꝰ eam.ſed ſecrete in ꝑncipio euan
gelij. Cum intraſſet ieſus ꝛc̄. vſqꝫ obſeruabant
eum. Iſta verba indigent declaratiōe. Sciēdū
ꝙ chriſtus in hac vita huius mundi fuauit ma
gnam paupertatē ad oſtendendū ꝙ homo non
debet ſe nimis dare iſtis mūdanis rebus. qꝛ ho
die vel cras ſunt relinquende. ⁊ intantū voluit
eſſe pauper ꝙ non habuit domū.cameraꝫ.neqꝫ
cellam . Idō quādo inuitabaꝛ ad prandiū cum
diſcipulis recipiebat pro ſuſtentatiōe nature ne
ceſſitatem.ſine qua natura humana non poſſet
viuere . Recipiebāt tēporalia. ſꝫ bene ſoluebāt
in orationibꝰ ⁊ cōmunibꝰ inſtructionibus. Idō
dicit apoſtolꝰ in perſona ſua et aliorū apoſtolo-
rū. Si nos vobis ſpiritualia ſeminamꝰ. nō ma/
gnum eſt nos carnalia veſtra metamus. Idō et
dominꝰ ordinauit his qui euangeliū annūciant
et de euangelio viuere. j. Cor. ix. Et iſtum mo/
dum chriſtꝰ fuauit. Idō iudei inimici chriſti et
maxime phariſei.qui erant maiores ⁊ doctores
ipſiꝰ legis. qui inuidebant chriſto de honore mi
raculis ⁊ ſequela ſua.propter qđ tenuerunt con
ſilium. vt in aliquo poſſent eum cōfundere ⁊ re-
prehendere vt diffamarēt eum Idō dixit vnus
magnus ꝑnceps phariſeorū. Iam ſciā quomo-
do ipſe recipit conuiuiū Idō inuitabo eum ⁊ da
bo ſibi multas eſcas. ⁊ de multis vinis ꝛc̄. ⁊ diſ
ſoluet ſe in verbis. ⁊ ſic cognoſcetur quis eſt. qꝛ
cōmuniꝛ quando homo bibit bis vel ter. homo
diſcomponit ſe loquēdo indiſcrete per trāſuer/
ſum ꝛc̄. ante prandiū vero homo eſt totus com
poſitus ⁊ loquitur homo diſcrete. et credebant
ꝙ chriſtꝰ diſcōponeret ſe. Ecce quale conſilium
et qua ratione inuitabat eum ille ꝑnceps phari-
ſeoꝝ. Sed ecce q̄d ꝓphetauerat Salomon Nō
eſt ſapientia non eſt prudentia. non eſt conſiliuꝫ
cōtra dominū. Prouerb. xxj. Tripliciter bella
bant iudei contra chriſtū. vt confunderent euꝫ.
¶ Primo per ſapientiā illi doctores ſuperbi ⁊ in
flati veniebant ad ſermones ſuos dicendo . iſte
homo qui nunqꝫ habuit magiſtrū:nec fuit i ſtu
dio. vult ꝑdicare. impoſſibile ē quin dicat mul/
tas errores ⁊ ſtulticias. ⁊ obſeruabāt eum. Idō
Salomō dixit. Non eſt ſapientia cōtra dominū
quia ipſe eſt fons ſapientie. ¶ Secūdo per diſpu
tationes. quia faciebant ſibi queſtiones de the-
ologia ſubtiles quas ipſi neſciebant determina-
re dicendo . Videamus iſte faber lignariꝰ quid
dicet ad iſtam ꝛc̄. Ideo Salomon dixit. Nō eſt
prudentia. ſcilicet diſputandi. contra dominuꝫ
¶ Tertio iudei bellabant contra chriſtū. inuitan
do. cum eni primis illis duobus modis non po
terant contra eum. tenuerunt cōſilium vt inuita
rent eum ꝛc̄. Sed dicit Salomon. Non eſt con
ſilium contra dominū. Modo intelligitis ꝑnci
pium euāgelij . poſtqꝫ chriſtus predicauerat in
die ſabbati ille princeps phariſeoruꝫ acceſſit ad
eum ⁊ inuitauit eum dicens: Magiſter ex quo
dediſtis nobis bonū prādium ſpirituale. placet
vobis mecū recipere prādium corporale . ⁊ chri
ſtus acceptauit. Dicatur quomodo cuꝫ magno
honore fuit ductus ad domum vbi erant menſe
parate. Et chriſtꝰ benedixit dicēs . Oculi omni
um ꝛc̄. Nota cuꝫ dicit Māducare panem. que
ſtio. non dabat ille princeps niſi panem in cōui-
uio. Reſpondeo ꝙ in ſcriptura panis recipitur
ꝓ omni ꝓuiſione ⁊ eſca. Unde legiꝛ. iiij. Reg.
vj. de militibus qui venerūt ad regem iſrael. de
quibꝰ dixit ꝓpheta regi . Pone panem ⁊ aquā
coram eis: vt comedant ⁊ bibant. et vadunt ad
dominuꝫ ſuum. Et ſequiꝛ . Appoſitaqꝫ eſt eis ci
borū magna preparatio. ⁊ comederunt et bibe/
runt. Ita etiam hic ille ꝑnceps preparauit mul-
tas eſcas triplici ratione. Primo ꝓpter feſtum.
quia die ſabbati Secundo quia ipſe erat magnꝰ
princeps. Tertio quia ipſe inuitauerat multos
phariſeos ⁊ doctores vt in aliquo poſſent eum
confundere. ¶ Item alia expoſitio . Cū intraſſet
ieſum in domum cuiuſdam ꝑncipis phariſeorū
ſabbato manducare panem. Non dicit euāgeli
um ꝙ ille non inuitaſſet eum ad manducādum
panem. Sꝫ cum intraſſet ieſus ꝛc̄ . quia talē mo
dum tenebat chriſtus ꝙ plus māducabat de pa
ne qꝫ de alijs. dicatur practica quomodo pone/
bantur coram eo diuerſi fructus . ⁊ dabātur di/
uerſa vina ꝛc̄. ⁊ ipſi obſeruabāt eū ſi comederet
de omnibꝰ ꝛc̄. ſꝫ ipſe comedebat compoſite ⁊ ſo/
brie. Item forte ꝓponebant diuerſa ꝟba ⁊ truf
fas ⁊ riſus. ſed ipſe fons ꝟtutum fuit adeo com
poſitus . ⁊ tam temperatus ꝙ non poterāt ipſm
in aliquo confundere vel reprehendere. Hic di
co ego ꝙ docet nos exemplo virtutem temperā
tie. ſicut iam verbo ꝑdicauerat eam dicens: At
tendite vobis ne grauentur corpora veſtra i cra
pula ⁊ ebrietate. Luce. xxj. Nota attendite vo/
bis qꝫtum ad corpora que deſtruunꝛ niſi teneat
homo temperantiā. Quot homies ſunt qui ha-
bent morbum caducum ex ſupfluitate cibi ⁊ po
tus. qꝛ ſicut quādo olla bulit aſcēdit humiditas
ita de ſtomacho aſcendit gutta: ⁊ cadit illa gut/
ta ſuper cor ꝛc̄. Quot hoies ex vino habēt ocu/
los lippos. os rubicūdū ꝛc̄. ⁊ perdūt viſum ⁊ de
bilitanꝛ in membris. Nā vinū eſt ita amicabile
nature ꝙ omnia mēbra querunt illud ⁊ prodeſt
homini ⁊ eius mēbris temperate ſumptū ⁊ lim-
phatum. Quot homies perdunt bonū colorem

facieī ex vino. ⁊ videntur quaſi ſemimoꝛtui ha-
bent anhelituꝫ fetidum. perdūt dentes. habent
doloꝛem ex humiditate vini. patiunꝰ in ſtoma-
cho quod eſt ex ſupfluitate. ſupfluitas cibi non
poteſt decoqui. ideo ſunt multi leproſi Sed qui
tenet temperantiā habet bonū caput. intellectū
clarum. bonos oculos. bonū coloꝛē. bona mem
bꝛa. longe vite eſt. ⁊ poterit diu ſuire deo Ecce
quare dicit Attendite vobis. ſcilꝫ ne grauentur
coꝛda veſtra. per intemperantiā. De omnibus
iſtis Autoꝛitas. Noli eſſe auidus ī omni epula-
tione ⁊ nō te effundas ſuper omnē eſcam. Ecci.
xxxvij. Nota auidus. Naꝫ pͥma digeſtio debet
eſſe in oꝛe. Secūda in ſtomacho. ſunt enī alique
beſtie que ruminā̄t ⁊ ſi eſca nō ſit bene in oꝛe ma
ſticata non poteſt coqui in ſtomacho Itē nō ef-
fundas te ſuper omneꝫ eſcam. Ratio. quia non
oēs ſunt vnius digeſtionis. ſicut non omnes
ſunt vnius decoctionis ī olla ⁊c̄. In multis enī
eſcis erit infirmitas. quia grauant ſtomachum.
Propter crapulam multi obierūt. dicūt medici
ꝙ plures interficit gula ꝗ̄ꝫ gladius. Licet multi
moꝛiantꝰ in ꝑlijs. ſed qui abſtinēs eſt. adijciet vi
tam Ecci. xxxvij. Dicatꝰ de magno Alexandro
quā̄do vidit bꝛagmā̄nos antiq̄ſſimos. interro-
gabat qualem vitam ſeruarēt ⁊ quam medicinā
vt tā̄diu viuerēt. Reſponderūt ꝙ tēperantiā ſo
lum ſemel in die comederēt. ⁊ de vno cibo ſoluꝫ
Ecce quare dicit. Attendite vobis. ꝗ̄tū ad coꝛ
da dicit. ne grauentur coꝛda veſtra. id eſt. ani-
me. Hoc maxime intelligūt clerici religioſi et ꝑ/
ſone deuote. quā̄do multū comedunt vel nimis
cenā̄t non poſſunt ita ſurgere ⁊ doꝛmitā̄t in ma-
tutinis ſeu oꝛationibꝰ ſuis. Ecce quomodo gra
uatur. id eſt depͥmitur anima. Unde ſciendū ꝙ
deus oꝛdinauit hominē mediū inter angelos et
beſtias. Angeli ſūt ſpūales. homo vero vtrūqꝫ
beſtie ſunt ſubſtā̄tie pene coꝛpoꝛales. Homo ve
re vtrā̄qꝫ naturam in ſe habet. Et ſi homo viuit
ſpiritualiter ſm animā eſt ſimilis angelis. Sed
ſi homo viuit ſm ſenſualitatē ⁊ ſm coꝛpꝰ beſtijs
ſimilis factus eſt ſm illud pſalmi. homo cum in
honoꝛe eſſet non intellexit. comparatus ē iumē-
tis inſipientibus ⁊ ſimilis factus eſt illis. Dico
enī ꝙ homo ex peccato ſupbie. auaricie. luxurie
ire. accidie. efficitur ſimilis iumentis. Sꝫ ex pec
cato gule efficitur minꝰ ꝗ̄ꝫ beſtia. qꝛ beſtia tranſi
bit cum onere per viam ſtrictam. lutoſaꝫ. petro
ſam ⁊c̄. ⁊ homo ebꝛius nō poteſt ſe poꝛtare ꝑ vi
am latam planam. imo ceſpitabit et coꝛruet ⁊c̄.
Itē aſinus vel equꝰ ex quo biberunt aquā etiaꝫ
turbidam. ſi poſt ꝑ papam vel regē inuitarētur
non biberēt. ⁊ tu ſi inuitat te aliq̄s bibis ⁊c̄. Iō
minus ꝗ̄ꝫ beſtia eſt guloſus. Ecce xp̄s exemplo
⁊ verbo oſtendit nobis ṽtutem tēperantie. Di
co ſecūdo ⁊c̄. ex quo viſum ē quomodo nos ha-
bere debemus erga noſipſos, videndum ē quo-

modo erga pauperes nos habere debemus per
ṽtutem miſericoꝛdie. ſcilicet ſubueniēdo eis. de
bonis tēpoꝛalibꝰ ⁊ ſpiritualibꝰ. hoc oſtendit ibi
Et ecce homo q̄dam hydropicus vſqꝫ dimiſit.
¶ Pro huius intellectu ſciendū eſt ꝙ doctoꝛes ⁊
pharifei erant in quodā erroꝛe ⁊ falſa opinione
dicendo. ꝙ die ſabbati nullū erat opus fienduꝫ
medicinaꝫ infirmis non dare. ita ꝙ non deberet
eis dari purgatio. nec ſyropus. nec fieri vulneri
apertura. vel ſimilia. Dicētes ꝙ feſtū frangeba
tur. ſed hoc eſt erroꝛ. qꝛ feſtū ſolum frangitur ex
operibꝰ coꝛpoꝛalibꝰ ⁊ ſeruilibus. ⁊ fodere ſeca/
re ligna. ſuere. nere. ⁊ ſimilia. apire operatoꝛia.
ambulare ꝑ viam ⁊c̄. Nam his operibꝰ frangi-
tur feſtum. deus dedit nobis ſex dies. ⁊ retinuit
ſibi vnum. ideo nolite tā̄gere ꝑtem ſuam. nō fa/
ciatis mercimonia vel contractus. in diebꝰ feſti
uis. ꝑpꝰ fractionē feſti veniūt ſiccitates fames
moꝛtalitates. tēpeſtates ⁊c̄. ⁊ homo vult lucra/
ri ⁊ perdit magꝭ. vult enī deus ꝙ ſicut ipſe q̄euit
in die reſurrectionis gloꝛioſus. ita ⁊ nos q̄eſca/
mus. De cōſecratione. diſ. iiij. Omnē diem do
minicū ob reuerētiam reſurrectionis domini. ð
veſpera vſqꝫ ad veſperā ꝑcipimus celebꝛandū.
Et xp̄ianus qui non ſeruat feſta videtur ꝙ non
credat chꝛiſti reſurrectionē. poſſumus enī face/
re opera neceſſaria. ꝓ infirmis contra illoꝛuꝫ er
roꝛem Uidētes ergo iudei emuli xp̄i. ꝙ nec ī cō
uiuio poterā̄t eum repͥhēdere in aliquo. oꝛdina
uerunt vt hydropicus quidā poneretur coꝛam
chꝛiſto. qui nō audebat petere ſanitatē. quia in-
culpaſſent eum de ſabbati fractione. Sꝫ reſpici-
ebat chꝛiſtū. quaſi diceret Domine ante te oē
deſideriuꝫ meum ⁊c̄. lꝫ oꝛe non audeam dicere.
ꝓpter iſtos ꝓditoꝛes qui interficerent me. No-
ta miſericoꝛdiā chꝛiſti. Cū ille hydropicꝰ non au
deret appꝛopinquare ad chꝛiſtū. neqꝫ petere ele
moſynā ſanitatis. ꝓpter inimicos chꝛiſti circū/
ſtantes. xp̄s benigne ſurrexit ð menſa poꝛtans
elemoſynā ſanitatis qua indigebat. Licꝫ ī men-
ſa manēs ſolo nutu potuiſſet ipm̄ ſanare. tamen
voluit ſurgere ⁊ ire ad ipm̄ et tā̄gere. dans nob
exemplū miſericoꝛdie. Et phariſei infra ſe dice-
bā̄t. nūc pōt accuſari. quia fregit feſtum. O ſtul
ti. Dico enī ꝙ hic xp̄s oſtendit ṽtutē miſericoꝛ
die. ⁊ quomodo erga pauperes debemꝰ nos ha
bere dando ⁊ mittendo elemoſynā. Dicatꝰ con-
tra illos qui habent aurem ſurdam coꝛā paupe
ribus. voſmet vel ꝑ alios mittatꝭ elemoſynaꝫ. ⁊
ſic filij nutrientꝰ ad opa miſcōie. Iō dic̄. Quo-
modo potueris ita eſto miſericoꝛs. ſi multū tibi
fuerit abundā̄ter tribue. Si autē exiguū tibi fu-
erit etiam exiguū libēter impartiri ſtude. Tob.
iiij. ¶ Dico tertio ꝙ oſtendit quomodo debemꝰ
nos habere ad inimicos ꝑ virtutem beniuolētie
cum dicit. Et reſpondens ih̄s dixit ad legiſperi
tos, vſqꝫ, reſpondere illi Ex quo curauit hydro

picum. dedit eis elemoſynã corporalē. ⁊ eis de/
dit elemoſynaꝫ inſtructionis ſpũalis. Mat. v.
Audiſtis q: dictum eſt antiquis. diliges amicũ
tuum ⁊ odio habebis inimicũ tuũ. Ego autem
dico vobis. diligite inimicos veſtros. benefaci=
te his qui oderũt vos ⁊c̄. Ecce beniuolētia quã
eis oſtēdit dans nobis exemplũ. quomodo ad
inimicos noſtros nos habere debem⁹ exemplo
ſuo. Dico quarto ꝙ oſtendit quomodo cũ ami
cis ſit cõuerſandum per virtutem modeſtie non
ſuperbiendo ⁊c̄. Hoc oſtendit cum dicebat ad
inuitatos ⁊c̄. In hiſtoria euangelij miſtice lo/
quitur chriſtus de nuptijs. q̃s deus pater fecit
de filio. Sponſa eſt natura humana. q: ſicut vir
⁊ vxor non ſunt duo Matth. xix. ita diuinitas
xp̄i ⁊ humanitas faciunt vnam pſonã. De his
nuptijs habet̄ Matth. xxij. Simile eſt regnuꝫ
celorũ homini regi qui fecit nuptias filio ſuo ⁊c̄
Inuitati ſunt omnes xp̄iani per apoſtolos mar
tyres cõfeſſores. Jdo lauetis manus. Sꝫ atten=
datis ne velitis tenere primuꝫ locum. pͥmatum
vult qui ſe ingerit quando vacat aliqd̄ benefici
um vel officiũ. dicendo. vere ego ero papa. ⁊ de
epiſcopatu ⁊c̄. de qualibet cura animaruꝫ. iam
vos vultis eſſe in pͥmo loco ſuperius. quãdo ve
nit domin⁹ et videbit vos qui non eſtis digni.
nec ſcitꝭ regere domũ veſtrã. dicet. ribalde por=
cus luxurioſus. ⁊ q̄d facis tu hic. guloſus pom=
poſus ⁊c̄. Sꝫ ſimplici religioſo vel clerico q̄ fu/
giunt ⁊ vadũt ſimpliciter dicet. O fili mi ⁊ quid
facis tu hic. aſcēde ⁊ ſic ſuperius collocabit eũ.
omnis eni qui ſe exaltat humiliabit̄ ⁊c̄. Jdeꝫ in
dominio ſeculari. vel regimine cõmunitatũ. vo
lunt nõnulli habere primatũ. dicēdo. ego ero iu
ratus baliuus ⁊c̄. quia omnis qui ſe exaltat i re
gimine ſe ingerēdo. humiliabitur in iudicio de=
ſcendēdo ⁊c̄. Sed q̄ fugiũt humiliando ſe exal=
tantur. Auctoritas. Domin⁹ mortificat. ⁊ viui=
ficat. ⁊ deducit ad iferos ⁊ reducit. domin⁹ pau
perem facit. ditat. humiliat. ⁊ ſubleuat. j. Regl.
ij. Item alia. ne glorioſus appareas coram rege
⁊ in loco magnorum ne ſteteris. melius eſt enim
vt dicatur tibi. aſcende huc. q̄ꝫ vt humilieris co
ram pͥncipe. Prouͦ. xxv.

Sermo ſcd̄s de eadē dñica ſcꝫ. xvij. p⁹ trinitatꝭ.

Vade recumbe in nouiſſimo loco. Luē. xiiij. Volo nũc
p̄dicare de conditionib⁹ animarũ ⁊c̄
quia ſtultus eſt qui ſcit quid eſt de eis i alio mũ=
do. ſi non emendat vitam ſuã Salutetur virgo
maria ⁊c̄. Scd̄ꝫ ꝙ clare inuenit̄ i ſcriptura diui
na. et declarat̄ manifeſte experientia. vita iſta
nõ eſt niſi via in qua cõtinue ambulam⁹ ad aliã
vitaꝫ itantũ ꝙ ſtatim quãdo puer naſcitur in il/
lo puncto incipit viam ambulãdi. lꝫ ſtet in lecto
iuxta matrem. Nos omẽs continue ambulam⁹
ſiue comedamus bibamus dormiam⁹ ⁊c̄. Hoc
poteris videre per ſimilitudinē de naui eunte ꝑ
fluuiũ. in qua illi q̄ ſunt int⁹ ſiue comedant ſiue
bibant. ſꝑ progrediũt̄ ⁊c̄. Ita pñs vita ē nauis
triũ coopertrarũ. ſcꝫ religioſorũ clericoꝝ ⁊ lai
corum. vadit per fluuiũ tēporis ſubitum pluſq̄ꝫ
ſagitta vel auis. q: ad motum ſolis mouet̄. q̄tũ
creditis ꝙ ſol ambulauerit ex quo incepi p̄dica=
re ⁊c̄. tamdiu ambulam⁹ ad mortem comedēdo
ſtando ⁊ ſedendo. Jdo dicit ſcriptura. Oēs mo
riemur ⁊ quaſi aqua dilabimur in terrã. q̄ nõ re
uertit̄. ij. Regl. iiij. Clare ergo poteſtis videre
ꝙ p̄ſens vita eſt via. Et vbi ducit nos? Dico ꝙ
non vadimus ad vnum locũ. Quattuor eni ſũt
loca in alio mundo. ⁊ omnes vadim⁹ ad aliquē
illorum.

- Prim⁹ locus eſt dãnatoꝝ intollerabilis.
- Scd̄s pueroꝝ irreuocabilis.
- Tertius tribulatoꝝ remediabilis.
- Quartus beatorũ ineſtimabilis.

De vltimo dicit thema. Vade recũbe in nouiſ/
ſimo ⁊c̄. Dico pͥmo ⁊c̄. Iſte locus eſt infernus
qui eſt in corde terre. ſicut ſunt domũcule i cor=
de pomi. Scitis q̄ vadunt ad iſtũ locũ. religioſi
clerici ⁊ laici qui tenent malã vitam. et viuũt in
peccatis ⁊ nolũt corrigere ſe. ſciunt ꝓcerto ⁊ co
gnoſcunt peccatũ in quo viuũt. nolunt ſe corri/
gere ſm̄ regulam q: totum in ſcriptis. Magis
ſequũtur ꝓprios ſenſus q̄ꝫ diuinam admonitio
nem. magis ſuam ſenſualitatē q̄ꝫ diuinã volun/
tatem. magis ſuam inclinationē q̄ꝫ diuinã ordi/
nationē. tales quãdo moriunt̄ ad iſtum locũ va
dunt cõdemnatorũ. vbi ſunt tormēta intollera=
bilia. Ideo dicit ſcriptura p̄cipiens p̄dicatorꝭ
vt denunciet ⁊ p̄dicet de iſtis tormentis. dicēs:
Teſtetur ipis ne ipi veniant ad hunc locum tor
mentorũ Luē. xvij. Nota cum dicit locum tor
mentorũ in plurali. ⁊ nõ i ſingulari. ꝙ ſm̄ ꝙ ſũt
diuerſa peccata. ita ſunt diuiſa tormenta eis cor
reſpondētia. aliqui eni peccant ⁊ maxime ꝑ ſup
biam ornãdo ſe ⁊ parando vane ſupbiendo. vt
poſſint aſcēdē in dominio regimie ⁊c̄. Huic pec
cato correſpõdet vnũ tormentũ. ſcꝫ ꝙ ꝯculcant̄
a diabolis. q: tm̄ q̄tuꝫ in hoc mũdo voluerunt
eſſe ſuper alios tm̄ in inferno ſunt ſub pedib⁹ de
monũ ſicut vue in torculari calcãtur. ⁊ quilibet
diabolus ponderat plus q̄ꝫ turris. ⁊ tũc voluiſ=
ſent fuiſſe humiles. Jdo dicebat chriſt⁹. Diſci=
te a me q: mitis ſum ⁊ humilis corde. Matth.
xj. Alij peccant maxime per auariciã in vſuris
furtis rapinis retinendo bona defunctoꝝ. ſala=
rium ſuoꝝ. decimas ⁊ pͥmicias ⁊c̄. Huic pecca/
to correſpõdet tormētum d̄ caldarijs plenis au=
ro. ⁊ argento liquefactis ⁊ ibi cruciãtur nec poſ
ſunt mori. Jdo chriſt⁹ auiſando nos dicit. Attē
dite vobis ⁊ cauete ab omni auaricia. q: non in
abundãtia cuiuſq̄ꝫ vita eius eſt ex his q̄ poſſidet

Luc̄.xij. Alij viuūt in luxuria vt porci. nō ſūt contenti de vxoribus ⁊c̄. Religioſi et clerici inhoneſti. ⁊ alij qui non ſunt de matrimonio faciendo corruptiones ⁊ viliſſima peccata ⁊c̄. Correſpōdet huic peccato vnum tormentū. q2 ad ſimilitudinē cyrogrilli ponūt in veru nec poſſūt mori. Jō dicit ſcriptura. Abſtineatis vos a fornicatione. vt ſciat vnuſquiſq3 veſtrū vas ſuum poſſidere in ſanctificatione ⁊ honore. nō in paſſione deſiderij ſicut ⁊ gentes que ignorant deū. j. Theſſal. iiij. Ideo refrenare debem⁹ corp⁹ freno penitentie. ¶ Alij viuunt in peccato inuidie maxime ſcil3 ꝓ regimine vel inuident fame alterius vel honori ſeu diuitijs. Inuidia eni non eſt niſi venenum interficiens animā. ꝺ iſto prodeūt diffamatiōes male loquele. Jdo tormentū correſpōdens huic peccato eſt ꝙ mordent a ſerpētibus ⁊ viperis. ⁊ inflātur eoꝝ corpora veneno nec poſſunt mori. Jdo dicit ſcriptura. Deponētes igitur omnē maliciā ⁊ omnē dolū ⁊ ſimulationes ⁊ inuidias. et omnes detractiones. ſicut modogeniti infātes rationabiles. ſine dolo. lac cōcupiſcite charitatis ſc3 vt in eo creſcatis ⁊c̄. j Pet. ij. ¶ Alij viuunt guloſe nō ſeruant ieiunia eccleſie. neſciūt in ieiunio audire miſſā. Tormētum correſpōdēs eſt eſurire ⁊ ſitire qui non obtinebunt guttam aque. ſed plumbum liquefactū ⁊c̄. Jdo chriſt⁹ dixit. Attendite vobis ne grauētur corda veſtra ⁊c̄. Luc̄. xxj. ¶ Alij viuūt i peccato ire cum deſiderio vindicte. nolūt parcere ſi in aliquo fuerunt iniuriati. factum eſt irremiſſibile. vel ſi parcūt nolūt loqui nec ſalutare. ſignū eſt ꝙ adhuc retinent odium. Tormentū iſtorū eſt furca magna ferrea i qua ſuſpēdunt ⁊ ignis inferius. ⁊ rependūtur vices. ex quo per ignem ire peccaſtis. ꝙ per ignem puniamini. ⁊ quia in gutture non loquēdo peccauerunt. ideo in gutture cum ignito ferro punietur. Jdo chriſt⁹ dixit. Si dimiſeritis hominib⁹ peccata eorū. ⁊ dimittet vobis pater veſter celeſtis delicta veſtra Matth. vj. ¶ Alij viuūt in peccato accidie. permittunt perdere tempus. qꝺ deus nobis dedit ad penitentiā. non ad cōgregandum pecunias. nec facere magnas domos niſi ad neceſſitatem. q2 ꝓncipaliter laborare in penitētia deberemus ſed ſunt multi qui nō curant confiteri in quadrageſima. nec cōmunicāt in paſcate. nec ſciunt audire miſſā i dominica niſi loquēdo ⁊c̄. Tormētū eſt ꝙ ſemper verberant a demonibus. nec ꝑmittunt eos quieſcere. Jdo chriſt⁹. Dico vobis ꝙ niſi penitētiā habueritis omnes ſimul peribitis. Luc̄. xiij. Patet quare dic̄. Teſtet illis ſup ple ꝓdicator. ne ⁊ ipſi veniant in hunc locū tormentorū. In iſto loco iuit iudas. Act. j. Preuaricatus eſt iudas vt abiret in locū ſuum. Nota ꝑuaricatus. id eſt. fregit. Fregit eni legem nature. ſcripture. ⁊ gratie. Legem nature. quia natura dictat: ꝙ ſi homo recipit dona et gratias ab aliquo. ꝙ homo ſibi ſeruiat ⁊ retribuat. Judas eni accepit gratias a chriſto. q2 pepcit ſibi mortem patri. ⁊ luxuriā matris: quā duxerat i vxorem. vt dicit de eodem. Remiſit ſibi homicidiū filij regis. dederat ſibi poteſtatem faciēdi miracula ⁊c̄. fecit eum diſcipulū ſuum apoſtolū ⁊ ꝓcuratorem ⁊ ꝑdidit eum. ¶ Secundo fregit legē ſcripture. que tota ordinatur erga meſſiā. vt honoretur ⁊c̄. Iſtam fregit vendēdo meſſiam precio vnius aſini triginta denariorū. ¶ Tertio fregit legem gratie. q̄ dicit. ꝙ de peccatis faciat homo penitentiā. ſed ipſe deſperauit Jdo dicit preuaricatus eſt iudas ⁊c̄. Bonū erat ei ſi nat⁹ non fuiſſet homo ille Matth. xxij ¶ Dico ſecūdo ⁊c̄ Iſte locus eſt altior loco damnatoꝝ. ibi vadunt anime puerorū ſine baptiſmo decedentium. ibi non eſt ignis nec demones. nec tormenta. ſ3 ſūt ibi tenebre ſcilicet carentia claritatis gr̄e et glorie. ibi eni vadunt filij chriſtianorū ⁊ aliorū infidelium: qui non habent niſi originale peccatū. quia paruuli infideliū qui actualiter non peccauerunt. non habent niſi peccatū originale. vt filij chriſtianorū ante baptiſmū. ⁊ quia non ſunt mundi deus non vult eos recipere in paradiſo. ⁊ quia ipſi non peccauerūt peccato ꝑſonali. non dat eis penam inferni. ſed mittit eos ad illū locum peccato originali debitū irreuocabilit̄. vultis intelligere rationē ⁊ ſcietis quid eſt peccatū originale. Jam ſcitis quādo in aliqua villa ſunt aliqui leproſi eijciūtur de villa. ⁊ ſeparant. non ex peccato aliquo ipſorū. quia forte erant bone vite. ſed ex illa infirmitate. nec datur eis aliqua pena ſeu moleſtia. imo fiunt eis elemoſyne. S3 ꝙ ſint ſeparati. ⁊ ita ordinauit de⁹. Numeri. v. Locutus eſt dominus ad moyſen dicens: Precipe filijs iſrael. vt eijciāt de caſtris omnē leproſum Idem in ꝓpoſito peccatū originale non eſt factū a creatura. Imo diſplicet ſibi. ſicut leproſo illa infirmitas. Sed venit ex corruptione ſcilicet illius carnalis generationis. quia ſi aliter deus crearet hominē ſicut formauit adam vel euā ſine illa carnali generatione. non habēt peccatū originale. Sed illa vili generatione anima efficitur leproſa. Ideo deus non vult eam habere in paradiſo. ſicut nec vos leproſos vultis habere i villa in ſocietate veſtra. Jdo ſeparantur in illo loco. qui dicitur limbus puerorū. quia originale peccatū eſt tam fortis lepra ꝙ non poteſt curari niſi balneo baptiſmi: qꝺ chriſtus ordinauit Jdo anima ante baptiſmū eſt ita turpis. ꝙ non poſſes ſuſtinere eius aſpectum. Sed poſt eſt ita pulchra. ꝙ ſi poſſetis eam videre nolletis comedere nec bibere ⁊c̄. Jdo dic̄ Job. xiiij. Quis pt̄ facere mundū de imundo conceptū ſemine. nōne tu qui ſol⁹ es. Auſentur hic mulieres q̄ ſūt grauide. q2 ſi debet eſſe maſcul⁹ in q̄drageſima

dic habet animã. Si femina duplicant̃ dies .qꝛ
ẽ frigidioꝛis cõplexionis. ne tripudient nec eq̃/
teut. Itez viri auiſent̃ ne male tractent vxores
ſuas. dicat̃ qñ aie taliũ ſine baptiſmo deceden=
tium vadunt ad poꝛtã paradiſi petentes ibi re/
cipi dicentes ſe non peccaſſe ⁊c̃. dicit eis xp̃s. re
ſpicias te quõ es leproſus ⁊c̃. ⁊ remittit eum ad
ſocios ſuos. ⁊ ſi omnia bona mũdi fierẽt ꝓ illis
nõ poſſunt reuocari ab illo loco De iſto loco de
us facit queſtionez Job dicens. Si noſti oia iu
dicia mihi. in qua via habitet lux. ⁊ tenebꝛaruz
quis locus ſit. Job. xxxviij. Job neſciuit reſpõ
dere. ſed xp̃s declarauit ꝙ via lucis ẽ baptiſmꝰ
per ip̃m eni vadimus ad lumẽ gloꝛie. ⁊ tenebꝛa
rum locus eſt limbus pueroꝝ. Non credatis ꝙ
habeant tenebꝛas omnimodas. imo habent in=
tellectum clarũ ⁊ diſputant ⁊c̃. Sz non habent
lumen dei nec glïe. Modo cogitate qδ peccatũ
eſt illoꝛũ ex cuius vel quoꝛuz culpa tales pueri
moꝛiunt̃ ſine baptiſmo. ⁊ in iudicio petent iuſti
ciam a chꝛiſto. de patre vel matre. vel matrina.
ſeu ſacerdotis ſi non dixit bene foꝛmã. vel de il=
lis q̃ ſecrete occidũt ne peccatũ diuulget̃. ⁊ ꝺ il/
lis qui cõſentiunt. Auiſetis vos. qꝛ de magnis
peccatis mundi eſt occidere coꝛpus ⁊ aiam. De
iſto loco dicit xp̃s cuilibet puero illoꝝ allegoꝛi/
ce Ecce inquit eſt locus apud me. ⁊ videbis po
ſterioꝛa mea. faciem autẽ meã videre non pote/
ſtis Exo. xxxiij. // Nota videbis poſterioꝛa ⁊c̃.
In xp̃o pꝛimũ eſt diuinitas. poſterius humani
tas. dicit ergo ꝙ videbis poſterioꝛa. ſcʒ coꝛpus
cum ſuis mẽbꝛis in iudicio. faciem autẽ meã. id
eſt diuinitatẽ videre non poteris // Dico tertio
ꝙ eſt alius locus tribulatoꝛũ remediabilis ſcilʒ
purgatoꝛiũ in iſto eſt ignis ſcilʒ flãma pura que
dei voluntate durat ⁊ durabit vſq; ad iudiciũ
⁊ poſt non erit purgatoꝛiũ. ⁊ cruciat aïas. et eſt
q̃ſi puteus. ſed latus ⁊ ꝓfundus ⁊ aie ſtant intꝰ
aliq̃ infra ignẽ. alique a cingulo ⁊ inferius. Ani
ma eni oia mẽbꝛa habet ſed ſunt illa mẽbꝛa ſpi/
ritualia. ſ; coꝛpꝰ carnalia mẽbꝛa habet. Ad iſtuz
locũ vadunt ꝑſone q̃ lʒ peccauerunt. tñ de bona
hoꝛa ꝯuertuntur ad deuz ⁊c̃. ſuant dei mãdata
⁊ eccl̃ie. tales ſunt in grã. Sed qꝛ cõiter peniten
tia q̃ datur a ꝯfeſſoꝛibus non eſt tanta quantuz
peccata requirũt. tñ habet ꝟtutem qñ ſeruat̃ li
berandi a penis inferni Jdo in purgatoꝛio com
plent reſiduũ. Dicat̃ pꝛactica quõ aia poꝛtatur
a bono angelo ⁊ ꝯfoꝛtat̃ ab eo. De iſto loco dic̃
Job. Habet argentũ venaꝝ ſuaꝝ p̃ncipia ⁊ au=
ro locus eſt in q̃ conflat̃. Job. xxviij. Nullus in
trat purgatoꝛiũ niſi ſit aurũ vel argentũ. auruz
ſcʒ ꝑ charitatẽ. argentum ꝑ claritatẽ fidei Sine
dubio. ſine erroꝛe et falſa opinione. ⁊ ꝑ ſoni cla
ritatem ſcʒ dicendo. Credo in deũ. quolibet die
mane ⁊ ſero cũ ꝓteſtatione. Multi ſunt argen
tum ſed nõ ſonãt dicendo. Credo in deũ. ido ⁊c̃

Jdeo dicit habet argentũ ſcʒ fidei venaꝝ ſuarũ
p̃ncipia. xp̃s eſt p̃ncipium Joh. viij. Ego ſũ p̃n
cipium q̃ loquoꝛ vobis. Vene ſũt apl̃i ⁊ ꝑ iſtas
venas fides venit ad nos. Auro. i. xp̃iano. qꝛ i
purgatoꝛio non intrat niſi xp̃ianus q̃ hʒ clarita
tem ⁊ grãz dei. locus eſt in q̃ conflat̃. i. puriſica
tur. Pꝛo iſto loco eccl̃ia petit ꝑ defunctis. Do=
na eis requiem ⁊ locũ indulgẽtie ſcʒ purgatoꝛij
⁊ dicit̃ locus indulgentie ꝓpter ſuffragia. qꝛ in
tm̃ poſſet q̃s iuuari ſuffragijs ꝙ mox liberaret̃.
Dico q̃rto ꝙ locus beatoꝛuz eſt inextimabilis
ſcʒ celuz empirreũ. Et de iſto dicit thema. vade
ſcʒ in hac vita taliter vt poſſis quieſcere ĩ nouiſ=
ſimo loco. Scitis qui vadunt ad iſtũ locũ. qꝛ il/
le ꝑſone ſancte ⁊ ꝑfecte q̃ lʒ peccauerũt faciũt ta
men tantã penitentiã ⁊ habẽt tantã ꝯtritionem
de peccatis ⁊ ꝓpoſitum non redeũdi ad pecca=
ta. ꝙ ante vellent moꝛi q̃ꝫ recidiuare vellent in
peccatũ ⁊ ꝯfitentur ſepiſſime ⁊ cõicant cum ma=
gno feruoꝛe charitatis. ieiunãt non ſolũ ieiunia
eccl̃ie. poꝛtant ciliciũ. plangunt ſe intm̃ ꝙ plꝰ eſt
bonũ q̃ꝫ malũ qδ fecerunt. tales habẽt h̃ purga=
toꝛiuz. nunq̃d nobis videtur purgatoꝛiũ poꝛta=
re ciliciũ. idem eſt dicendũ de alijs. Jdo qñ mo
riuntur: tales ſtatim euolant ad paradiſũ. ⁊ ab
angelis poꝛtãt̃ in celũ: vt ſponſa ducit̃ ad eccle/
ſiam. q̃ eleuant aiam queadmodũ cantat̃ ꝺ bea
ta magdalena. et ergo multũ ꝓdeſt h̃ facere pe=
nitentiam. De h̃ dauid fecit vnũ pſalmũ in ꝑſo
na aie ſancte dicens: Dñs regit me ⁊ nihil mihi
deerit. in loco paſcue ibi me collocauit. Nδ do=
minꝰ regit me ad ſeruandũ bonam vitã ⁊ mãda
ta ſua. Et ſi aliquãdo peccaui feci tantã peniten
tiam ꝙ nihil mihi deerit. Dico vobis ꝙ oẽs la=
boꝛes penitentiales deberẽt eſſe vobis dulciſſi=
mi vt poſſetis illã glïam acq̃rere de q̃ dicũt ſan/
cti. vidimꝰ terrã valde opulentã ⁊ vberem noli
te negligere. nolite ceſſare. eamꝰ ⁊ poſſideamus
eaz: nullus erit laboꝛ intrabimus ad ſecuros ad
regionẽ latiſſimã. tradetq; nobis dñs locuz in q̃
nullius rei eſt penuria Judic. xviij. Nota vidi=
mus ſcʒ ꝑ ſcripturã ⁊ ꝑ ſanctã ꝯtẽplationẽ. ter/
ram ſcʒ beatoꝝ valde opulẽtã vbi nõ erit penu
ria alicuiꝰ rei. nullꝰ erit ibi ſenex nec infirmꝰ nec
habens doloꝛẽ ſed gaudiũ ꝯſolationis. ergo va
de recumbe ⁊c̃. Deo gratias.

¶ Sermo tertius.

Aſcende ſuperiꝰ

⁊ tunc erit tibi glïa. Jſtud verbũ ha
betur textualiter Luc. xiiij. Pꝛo de/
claratione huius ꝟbi ⁊ introductione huiꝰ ma=
terie p̃dicande in p̃nti. Sciendũ ſm ꝙ clare iue
nitur in ſcriptura diuina. magna differẽtia eſt i=
ter p̃ncipium hois ⁊ finem. qꝛ p̃ncipium homis
eſt in hoc mundo. ⁊ finis in celo. Pꝛincipiuz eſt
eni ẽ in vtero hois. nam qñ ꝯceptũ ⁊ foꝛmatum

eſt corpꝰ ⁊ membra i vtero . aia in illo creat̃ ⁊ in
cipit viuere homo ⁊ poſt naſcit̃ ⁊c̃. ſed finis ē in
celo. non creauit nos deꝰ ad diu habitanduȝ in
hac vita vt ptȝ. ſed ad ↄſequendū gł'iam paradi
ſi. Jdo dicit ſcriptura Nō habemꝰ hic manentē
ciuitatē ſ futurā inquirimus Heb. vlt. Nō nō
habemꝰ hic manentē ciuitatē neqꝫ villā neqꝫ ca=
ſtrū ⁊c̃. Ecce diuerſitas inter ꝑncipium ⁊ finem
hois eſt. Nō eſt ſic de aialibus et auibꝰ. qꝛ ſicut
habēt ꝑncipiū in hoc mūdo: ita etiā ⁊ finem. qm̄
enī morit̃ totū reſoluit̃ in q̄ttuoꝛ elemēta. Et ec
ce ſignuȝ huiꝰ qđ dñs dedit nobis. oīa aialia re=
ſpiciūt ad terrā ⁊ vadūt curua. q̄ſi vellēt dicere
ſi ſcirent loqui. nos nihil habemꝰ i celo ſ i terra
Nos ꝟo ſolū cū plantis tangimꝰ terrā oſtēden=
tes ꝙ i terra habemꝰ iniciū. Sȝ ſumꝰ erecti nos
⁊ ad celū reſpicientes q̄ſi ad domū noſtrā. Et lȝ
coꝛpa incinerent̃ tñ in iudicio reſurgent ⁊ ſimul
cū aiabus aſcēdent in celuȝ. Autoꝛitas. Noſtra
ↄuerſatio in celis eſt q̄tū ad aiam vnde ⁊ ſalua
toꝛem expectamꝰ dñm noſtrū ihm xp̄m q refoꝛ/
mabit coꝛpus hūilitatis nr̃e ↄfiguratū coꝛpoꝛi
claritatis ſue. ad Phil. iij. Patet differētia iter
ꝑncipiū ⁊ finē hois. Jdo dicit thema aſcēde ſu/
periꝰ ⁊ erit tibi gł'ia. ꝑmo q̄tum ad aiam et poſt
iudiciū ſimul in aia ⁊ in coꝛpe. ptȝ thema. Mo
do diceret aliq̄s veſtꝝ. ego bñ vellē libēter aſcē
dere. qꝛ lȝ habeam hic ꝑncipiū ↄceptionis. foꝛ/
mationis. ⁊ creatiōis. et nutritiōis. tñ bñ video
ꝙ nō poſſum hic remanere ⁊ vellē aſcēdere. Sȝ
ꝑ quam ſcalā poſſum aſcendere neſcio vel opto
ſcire. ꝓpter hoc volo vob̄ modo oſtēdere ſcalā
⁊ recipiā fundamentū a quadā reuelatiōe facta
Jacob: q quadaȝ nocte vidit ſcalam ſtantē ſuꝑ
terrā: ⁊ cacumē eius tangebat celuȝ. angelos q̄ȝ
dei aſcendētes ⁊ deſcēdētes ꝑ eā et dñm innixū
ſcale. Gen̄. xxviij. Jſta ſcala eſt bona vita. quia
ſi ad celū volumꝰ aſcēdere ꝑ iſtā nos optet trāſi
re. qꝛ in paradiſo nullꝰ intrat rōne generis. ꝑla=
tionis. dominij tꝑalis. nec diuitiaꝝ. nec ſciētie.
Nota cū dicit ſtantē ſuꝑ terrā. qꝛ bona vita hic
habet ſuū ꝑncipiū qđ eſt recedere a peccatis a ma
la ſocietate: ⁊ facere pniaȝ. ↄfiteri. ſatiſfacere. ꝑ=
cere inimicis ⁊c̃. Cacumē eius tangens celū. qꝛ
bona vita h̄ incepta ⁊ cōtinuata ducit ad celum
angelos q̄ȝ aſcēdētes. qꝛ ꝑ ſcalam bone vite ali=
qui aſcēdūt. ⁊ aliqui deſcēdūt. Aſcēdūt illi q in
cipiūt bonā vitā ⁊ ↄtinuāt eā de bono in melius
Sȝ deſcendūt q incipiūt cū magno feruoꝛe: ſed
paulatim refrigerant̃ vt aqua calida ſemota ab
igne frigeſcit. ⁊ reuertunt̃ tales ad ꝑmū ſtatum
vel efficiunt̃ peioꝛes. Jdo dauid. Aſcēdūt vſqꝫ
ad celos. ſ. q non ꝑſeuerant. aia eoꝝ in malis ta
beſcebat. Et dñm innixū ſcale. qꝛ deꝰ ē merces
⁊ ꝑmiū bonoꝝ opeꝝ. vnde dicit xp̄s. venite ad
me oēs q laboꝛatis ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego reficiaȝ
vos. Mat. xj. Ecce ſcala. ergo aſcēde ſupiꝰ ⁊c̃.

Declaraui vob̄ duo. Primo rōeȝ quō habemꝰ
aſcēdere in celū. qꝛ ibi ē finis nr̃. Scđo ſcalam ꝑ
quā habemꝰ aſcēdere. Modo optet ſcire ḡdus
ꝑ q̄s habemꝰ trāſire. Pro quo notādū ꝙ ſepteȝ
ſunt gradus in q̄bus ſtat bona vita.

¶ Primus credētia. xij. articuloꝝ.
¶ Scđs reuerentia diuinoꝛū.
¶ Tertius beniuolētia ꝓximoꝝ.
¶ Quartus regentia mēbroꝝ.
¶ Quintus diligentia agendoꝝ.
¶ Sextus prudentia dicendoꝝ.
¶ Septimus cuſtodientia internoꝛū.

Primꝰ eſt ergo credentia articuloꝝ. ſ. ꝙ homo
habeat credētiā fidei firmā ſine erroꝛe dubitati/
one. ⁊ falſa opinione dicēs. licȝ nō habeā rōneȝ
de h̄ naturalē. nec intellectu poſſim cōꝑhēdere.
tñ qꝛ vos dñe q non poteſtis mētiri nec decipe:
nec decipi dixiſtis h̄ oꝛe vr̃o: ⁊ dimiſiſtis in ſcri
ptis ꝑ quattuoꝛ euāgeliſtas: ⁊ determinat idem
eccł'ia. idō credo dñe. Ecce fides neceſſaria. Ra
tio. in om̄i via ꝑmuȝ qđ eſt hoi neceſſariū eſt ſci/
re terminū q vadit. Cū ergo nos in h̄ mundo ſi=
mus viatoꝛes: ⁊ terminꝰ ad quē ſit deus in celo
opoꝛtet vt a nob̄ ſciat̃. Modo nulla alia res in
h̄ mūdo dat nob̄ cognitionem de deo niſi fides.
cū ergo dicit thema. Aſcēde. ⁊ vbi aſcendaȝ: ſu
periꝰ. ſ. ad deū in celo: ⁊ q̄s ⁊ qualis ē deꝰ: dicit
fides ꝙ vnus ē i ſubſtātia ⁊ trinꝰ in ꝑſonis. Jtē
declarat fides ꝙ de illis tribus ꝑſonis nō pater
nec ſpūſſanctꝰ ſ filius factꝰ eſt homo ↄceptus ⁊
natus de ꝟgine. Fides tenet ꝙ ē indutꝰ de ſcar
lata rubea ꝓpter paſſionē ⁊ ſanguis effuſioneȝ.
⁊ ꝙ voluit ſuſpendi in ligno crucis ne aliq̄s ſibi
credens ⁊ obediens ſuſpendat̃ in furca inferni:
Jdē dicit fides ꝙ ſurrexit die tertia indutꝰ man
tello gł'ie ⁊c̃. Jtē ꝙ modo eſt ſuper oēs celos re=
gnans: ⁊ ſuꝑ oēm creaturā. Jtē eſt indutꝰ de al/
bo quolibet die in hoſtia ↄſecrata. Ecce quō fi/
des declarat q̄s ⁊ q̄lis eſt deꝰ. opoꝛtet ergo h̄re
credentiā articuloꝝ ad cognoſcēdū deum. Jdo
apł's. Credere enī opoꝛtet accedētē ad deū. qꝛ ē
⁊ ꝙ inq̄rentibus ſe remuneratoꝛ ſit. Heb. xj. Si
ergo vis deuȝ cognoſcere ꝑ fidē opoꝛtet te ſcire
Credo in deū. in q ↄtinent̃ articuli fidei. ⁊ dice/
re quolibet mane ⁊ ſero cū ꝓteſtatiōe Sicut mi
les q facit regi homagiū. Jdeo dauid. Credidi
ſcȝ coꝛde. ꝓpter qđ locutꝰ ſū in oꝛe. Ego autem
hūiliatus ſū nimis in coꝛꝑe. Ecce primū gradū
Scđs eſt reuerentia diuinoꝝ ex q habemꝰ cre/
dētiam articuloꝝ: req̄rit̃ ꝙ etiaȝ habeamꝰ reue=
rentiaȝ diuinoꝝ. Ratio naturalis. Motꝰ reue=
rētialis ad aliquē eſt ſm credentiā extimationē
⁊ excellentiā quā habes de illo. Si veniat inter
vos miles facitis ſibi magnaȝ reuerētiā ſ maio
rem duci ⁊ multo maioꝛē regi. Jtē magnā reue=
rentiā facitis ep̄o. maioꝛē cardinali. ſ multo ma/
ioꝛem pape. patȝ ergo ratio. Si ergo ꝑ primum

Dñica.xvii.post trinitatis

nos credimꝰ ꝙ deꝰ ſit infinite excellẽtie ⁊ digni/
tatis.reqritur ꝙ ſm illã credentiã ſeu exiſtima=
tionẽ faciamꝰ ſibi reuerentiã. De h̄ dicã vnũ mi
raculũ de biblia:de vno ceco a natiuitate quem
xp̄s curauit dans ſibi viſum:cui poſtꝙ̃ fuit illu
minatꝰ dixit xp̄s. Tu credis in filiũ dei. Rñdit
ille ⁊ dixit.quis eſt dñe vt credã in eum?dixit ei
ih̄s: Et vidiſti eũ qui loquit̃ tecũ ipſe eſt. At il=
le ait: Credo dñe. Et ꝓcidẽs adorauit eũ. Joh.
ix. Ecce quõ ex credentia ſecuta eſt reuerentia.
Sic debet eſſe in nob̄. Si habemꝰ credentiaꝫ de
deo portemꝰ ⁊ exhibeamꝰ ei reuerentiã triplici/
ſcꝫ in corde.in ore.⁊ in oꝑe. ¶In corde ei reuerẽ
tiam exhibere debemꝰ ſpem nr̃am in eo ponen=
do.ꝙ ſi creditis ip̄m ĩ miſc̄dia infinituꝫ in poten
tia ⁊ pietate . magnã iniuriã ſibi facitis qñ ĩ his
vr̃is neceſſitatibꝰ ſcꝫ ꝓ ſanitate habẽda vel ꝓ li
beris vel ꝓ re ꝑdita iueniẽda vaditis ad diabo
los diuinos ⁊c̄.inimicos ſuos .cum ĩ neceſſitati
bus ad dñm ſit currendũ.qꝛ ip̄e ſolꝰ põt dare ſa
nitatẽ filijs.ergo dicit. Amẽ dico vob̄:ſi q̄d peti
eritis p̄rem ĩ noĩe meo dabit vob̄. Joh̄.xvj. In
ore deo reuerẽtia exhibenda ẽ reuerent̃ de eo lo
quẽdo.qꝛ ſi creditis xp̄m deũ ⁊ hoĩem dñm no=
ſtrũ cũ de dño ſit loquẽdũ cũ reuerẽtia. etiam d̄
xp̄o loq̄ reuerẽt̃ debemꝰ. vñ magnã irreuerẽtiã
ſibi faciũt q̄ ꝑ ip̄m iurãt inuanũ:⁊ deſpiciunt:⁊
blaſphemãt:⁊ cũ enſe lingue diuidunt ⁊c̄. ¶In
oꝑe deo reuerẽtia exhibẽda ẽ ſi credit̃ ꝙ ip̄e de
us ſit oiuꝫ ꝓuiſor ⁊ retributor dans nob̄ ꝓuiſio
nẽ de oibꝰ triticũ in cãpis. vinũ in vineis ⁊c̄.cõ=
ſeruãs oia vr̃a.merito eidem ſuire debetis.vñ
magnã irreuerẽtiã ſibi facit q̄ in dñica nõ ſeruit
ſibi audiẽdo miſſaꝫ ⁊c̄. Memẽto vt diẽ ſabbati
ſanctifices.ſex diebꝰ oꝑaberis.ſeptimo autẽ die
ſabbatũ dñi ẽ nõ facies in eo omne opꝰ tu et filiꝰ
tuꝰ.ſꝫ ⁊ filia tua.ſuus tuus ⁊ ancilla tua .iumẽ/
tum tuum ⁊ aduena q̄ ẽ inter portas tuas. Sex
eni diebꝰ fecit deꝰ celũ ⁊ terrã .mare ⁊ oia q̄ ĩ eis
ſũt.⁊ reqeuit in die ſeptimo ab oĩ oꝑe. Idcirco
bñdixit deꝰ diei ſabbati ⁊ ſanctificauit eũ Exo.
xx. ¶Tertiꝰ gradus ẽ beniuolẽtia ꝓximoꝝ .hr̃e
eni debemꝰ dilectionẽ ⁊ bonã volũtatẽ ad inui/
cem.expellẽdo odia.rãcores ⁊ malicias. Ratio
theologicalis . certũ ẽ ꝙ nos portamꝰ tãtã reue
rentiã deo ꝙ amore ſui diligimꝰ et honoramus
imagines ſuas ſiue ſint de auro.argento.ligno.
ſiue lapide.nõ ꝙ adoremꝰ imagines vt res q̄dã
ſũt:ſiue nec adoramꝰ lr̃as.nec aurũ.nec argẽtũ.
⁊ ſic de alijs. Sꝫ honorãt̃ ⁊ diligunt̃ rõne illius
quẽ repſentãt. Idem de imagine ꝟginis marie
⁊ ſanctoꝝ. Modo nl'la imago dei ẽ magl ꝓpria
ĩ mũdo int̃ creaturas corꝑales ꝙ̃ hõ . Ad imagi
nem q̄ppe dei factꝰ eſt hõ. Geñ.ix. Si ergo habe
mus credẽtiã de deo. ⁊ portamus ei reuerẽtiam
oportet nos hr̃e beniuolẽtiã ad imaginẽ ſuaꝫ.ſi
ue ſit de auro vt ſũt pſone charitatiue. ſiue d̄ ar
gento ꝑ clarã ſcientiã.ſiue de lapide ꝑ duraꝫ pe
nitentiã.ſiue d̄ ligno vt ſũt pſone mũdane. ſiue
d̄ carbone vt ſũt pſone peccatores ⁊ inimici dei
qꝛ ad imaginẽ dei ſũt Sꝫ ẽ denigrata pecatoris
imago ꝑ malã vitã.tñ imago ẽ diligenda. Auto
ritas.ſi q̄s dixerit.diligo deum.⁊ frẽm ſuũ ode=
rit:mẽdax eſt. Qui eni nõ diligit frẽm ſuũ queꝫ
videt.deũ quẽ nõ videt quõ p̄t diligere. j. Joh̄.
iiij. ¶Quartꝰ gradus ẽ regentia mẽbroꝝ .ſ.rege
re corpꝰ ſuũ.qꝛ modicũ eẽt diligere alios niſi hõ
ſciret regere ſeip̄m . Quilibet eſt cõſtiturꝰ a deo
q̄ſi rex ĩ terra corpis ꝓprij ad gubernãdũ quaſi
ſubditos mẽbra ſua .ſ.oc'os ab aſpectibꝰ.⁊ ſic d̄
alijs.ꝟſus. Si bñ mẽbra regis dignꝰ es noĩe re=
gis Non eſt aliq̄s veſtrũ hñs aial aſinũ vl' equũ
q̄n ſciat ip̄m regere. Jã ſcit qua hora ſibi dat ad
bibendũ ⁊ q̄ñtam annonã daret . nõ dat ampliꝰ
Ita debetis facere de corpore vr̃o. Si ꝟo facis
oppoſitũ ꝑ intꝑantiã cibi ⁊ potꝰ nõ bñ regis Itẽ
q̄libet vult ꝙ aial ſuũ ſit caſtũ nec ꝑmittit ſemel
lam approximari .et tu q̄re approximas meretri=
cibus.minꝰ te regl ꝙ̃ beſtiã . Itẽ q̄libet ſcit q̄ñtũ
p̄t portare ſuũ aial ⁊ nõ imponit ei ampliꝰ Ita ẽ
fiendũ de onere pnīe.aliqui recipiunt pniam in
diſcrete.ideo deficiũt ⁊ ẽ piculũ aĩe . Aliq̄ minꝰ
penitẽt deficiẽdo vel minꝰ faciẽdo. dicẽdo .q̄re
plagas te.q̄re portas cilicũ. Iſtud onus debet
ꝓportionari ſm corpis cõplexionẽ .⁊ ſm viam
ſcꝫ vitã q̄ ſm naturã habẽt viuere . Ideo dicit ec
cleſia. Deus cui ſuire ſcilicꝫ in pnīa regnare eſt
Quintꝰ gradus ẽ diligẽtia agẽdoꝝ.ſ. ꝙ in no
ſtris bonis oꝑibꝰ ſimꝰ diligẽtes . Alia debet eẽ
diligentia religioſoꝝ.alia clericoꝝ. Diligẽtia re
ligioſoꝝ ẽ ſeruando non ſolũ tria vota que ſũt.
obedientia generalis.pauꝑtas ap̄licalis . Caſti
tas angelicalis.ſed etiã cerimonias ⁊c̄. Diligẽ=
tia clericoꝝ eſt ĩ diuino officio.in horis dicẽdis.
⁊ ſic de alijs. Clerici eni nõ debent̃ vagari ꝑ pla
teas. Negligẽtia eni ab eiſdem vitari debet.qꝛ
negligẽtia diſponit ad caſũ . Maledictꝰ q̄ facit
opꝰ dei fraudulẽter ⁊ negligẽt̃ Hiere.xlviij. Di
ligẽtia laicoꝝ in q̄ttuor eſt ſcilꝫ de q̄libet die.de
q̄libet ſeptimana. de q̄libet mẽſe.de q̄libet anno
Quolibet die diligẽtiã hr̃e debẽt laici. qꝛ debẽt
orare de mane ⁊ ſero cogitãdo ꝙ videt xp̄m ira
tum.quẽ ſuis p̄cibꝰ placare debẽt. Diligẽtia cu
iuſlibet hebdomade in dñica audire miſſam cõ=
pletam cũ ſilentio ⁊ orãdo.nõ eni in miſſa debẽt
loqui etiã cũ patre nouit̃ veniẽte. Itẽ diligẽtia
de quolibet mẽſe ↄſiſtit in hoc ꝙ eſt q̄libet mẽſe
ↄfiteri qd̄ licꝫ nõ ſit p̄ceptũ .eſt tñ bonũ ↄſilium.
Habo rõnem de camiſia ⁊c̄. De q̄libet anno di=
ligentia in h̄ ↄſiſtit qd̄ eſt cõicare in paſcate Nã
ſicut ille q̄ debet prãdere cũ papa vel rege ornat̃
ſe veſtimẽtis ⁊ lauat ſe. Ita hi q̄ cõicare debent
veſtire in tribꝰ.⁊ lauare ſe debent pniaꝫ ⁊ lachrẏ
mis cõpũctiõis ⁊ deuotionis. Nam xp̄s rex ⁊

papa inuitauit oēs nos xp̄ianos vt comedam⁹ cū eo: ī dic paſce. Jdō lauetis vos ꝑ ꝯfeſſionē. ⁊ ornetiſ vos veſtimētis ꝟtutū. ⁊ bone vite. Ecce diligētia. Sit timo: dn̄i vobiſcū ⁊ cū diligentia cuncta facite. ij. Paral. xix. ¶ Sext⁹ ḡdus ē prudētia dicēdoꝝ ſcʒ ne ꝟba ſint ſcandaloſa. diffamatoria. iniurioſa. nec minaꝝ. nec pctōꝝ occultoꝝ reuelatoria. Sʒ diligē famā ꝓximoꝝ debemus. Jdō apl's. Sermo vr̄ ſp̄ i grā ſale ſit ꝯdit⁹ ad Col. iiij. Nō ſale ſit ꝯditus qn̄ comeditis carnes vel piſces nō ſalſos man⁹ vr̄a via recta non ducit̄ nec vehit̄ de ciſſorio ad os ſ; diuertitur ad ſal vel ad ſalſā. Jta dʒ eē de ꝟbis vr̄is. q: nūq̄ ꝟbū dʒ venire d̄ co:de recta via ad os ſ; diuerti dʒ ad ſal diſcretiōis cogitādo qd̄ ego volo mō dicē. erit ſcādaloſū illd̄. vl' diffamatoriū vl' iniurioſū. Et ſi ſic. tūc cōclude. ḡ nō dicā. Septim⁹ ḡdus ē cuſtodia internoꝝ ſcʒ cuſtodire co: a malis cogitatiōib⁹. deſiderijs. ⁊ ꝯcupiſcētijs. Jſte ḡd⁹ ē maioris ꝑfectiōis. q: d̄ corde ꝓcedunt bona vl' mala. Aug⁹. Jdō pctm̄ q: volūtariū. Nō q: ſi ego teneā manū extentā ⁊ aptā corā vob vos poteſtiſ in ea ponē rem ignitā vel lutū. Sʒ i ꝑtāte mea ē cōburi vl' nō. q: poſſū ſtati ꝓijcere. Jta imaginatio cordis nr̄i apta ē angelis boniſ ⁊ malis. ⁊ pn̄t in ea ponē malas imaginationes et cogitando vigilādo ⁊ dormiēdo dicendo: O mō tu poſſes te vindicare de tali. vel tu poſſes hr̄e delectationē cū tali muliere. q: tal' oportunitas eſt. ſ; i te ē ꝓijcere vl' retinere. Et iſte retinēt̄ qn̄ hō cogitat ⁊ moroſe delectat̄. ⁊ ſic aīa cōburit̄. Jdō cuſtodiat̄ co:. Oī cuſtodia ꝟua co: tuum. q: ex ip̄o vita ꝓcedit. qd̄ eſt veꝝ ſi bn̄ cuſtodiat̄. al's ſi male ſeq̄t̄ mors. Prou. iiij. Jdō dicit ſcp̄tura in ꝑſona dei. Prebe fili mi co: tuū mihi ſcʒ cuſtodiēdo a malis cogitatiōib⁹. ⁊ ocli tui vias meas cuſtodiāt ⁊c̄. Prou. xxiij.

¶ De eadem dn̄ica ſermo quartus.

